This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

LSoc 3977.44 (19)

MOSKOVSKII UNIVERSITET; OTDEL
ISTORIKO-FILOLOGICHESKI
UCHENYIA ZAPISKI

L Soc 3977.44

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

Cover 19

L Soc 3977.4

УЧЕНЫЯ ЗАПИСКИ

ИМПЕРАТОРСКАГО

МОСКОВСКАГО УНИВЕРСИТЕТА.

ОТДѢЛЪ ИСТОРИКО-ФИЛОЛОГИЧЕСКІЙ.

ВЫПУСКЪ ДЕВЯТНАДЦАТЫЙ.

HARVARD UNIVERSITY LIBRARY JAN 30 1964

МОСКВА.

1892.

УЧЕНЫЯ ЗАПИСКИ

ИМПЕРАТОРСКАГО

МОСКОВСКАГО УНИВЕРСИТЕТА.

ОТДѢЛЪ ИСТОРИКО-ФИЛОЛОГИЧЕСКІЙ.

ВЫПУСКЪ ДЕВЯТНАДЦАТЫЙ.

HARVARD UNIVERSITY LIBRARY JAN 30 1964

МОСКВА.

1892.

75490

УЧЕНЫЯ ЗАПИСКИ

ИМПЕРАТОРСКАГО

МОСКОВСКАГО УНИВЕРСИТЕТА.

ОТДѢЛЪ ИСТОРИКО-ФИЛОЛОГИЧЕСКІЙ.

ВЫПУСКЪ ДЕВЯТНАДЦАТЫЙ.

МОСКВА.
Университетская типографія, Страстной бульваръ.
1892.

SYNTAXIS ARISTOPHANEAE

CAPITA SELECTA.

DE SENTENTIARUM CONDICIONALIUM TEMPORALIUM RELATIVARUM FORMIS ET USU.

SCRIPSIT

Sergius Sobolewski.

MOSQUAE.
Typis Universitatis Caesareae.
MDCCCXCI.

INDEX MATERIAE.

P.

Cap. I. De temporibus verbi Graeci 1
Cap. II. De usu coniunctivi praesentis et aoristi in sententiis temporalibus, condicionalibus, relativis 2
Cap. III. Sententiae condicionales 13
A. Sententiae condicionales coniunctivo prolatae 13
I. Condiciones futurae 21
1. Propriae condiciones 21
Praesens coniunctivi 21
Aoristus coniunctivi 33
Praesens et aor. coni. 47
2. Condiciones, quae ad indirectam quaestionem accedunt 48
II. Condiciones generales 49
Praesens coniunctivi 49
Aoristus coniunctivi 53
III. Sententiae concessivae 55
1. Sententiae conc. futurae 55
Praesens coniunctivi 55
Aoristus coniunctivi 57
2. Sententiae conc. generales 57
Praesens coniunctivi 57
Aoristus coniunctivi 58
B. Sententiae condicionales optativo prolatae 58
I. Condiciones futurae 61
1. Condiciones potentiales 61
Optativus praesentis 62
Optativus aoristi 64
Optativus praes. et aor. 67
2. Condiciones optativae ex historico tempore suspensae 68
II. Condiciones generales 70
Praesens optativi 71
Aoristus optativi 75

P.

C. Condiciones irreales..... 77
Εἰ cum imperfecto coniunctum..... 82
Εἰ cum aoristo coniunctum..... 85
Εἰ cum aor. et impf..... 88
Εἰ cum plusquamperfecto 88
D. Condiciones logicae..... 89
Εἰ cum praesenti indicativi..... 91
Εἰ cum futuro ind..... 102
Εἰ cum futuro optativi..... 111
Εἰ cum aoristo ind..... 112
Εἰ cum praes. et aor. ind.. 113
Εἰ cum perfecto ind. 113
Εἰ cum perf. et aor. ind. 114
Εἰ cum imperfecto. 114
Εἰ cum optativo et ἄν..... 115
Sententiae concessivae..... 115
E. De elliptico usu particulae condicionalis. 115
Cap. IV. Sententiae temporales..... 120
A. Enuntiationes temporales coniunctivo prolatae..... 121
I. Enuntiata temporalia, quae a particula cum ducuntur. 121
1. Enuntiata futura. 124
Praesens coniunctivi. 124
Aoristus coniunctivi..... 127
Praesens et aoristus coni. 129
Perfectum coni..... 129
2. Enuntiata generalia 130
Praesens coni..... 130
Aoristus coni..... 133
Praesens et aoristus coni. 135
Perfectum coni..... 135
II. Enuntiata temporalia, quae a particula dum ducuntur.. 135
Enuntiata, ubi ἕως ἄν valet quamdiu..... 135
Enuntiata, in quibus ἕως ἄν valet quoad..... 137
1) Enuntiata futura 137
Praesens coni..... 137
Aoristus coni 138
Praesens et aoristus coni..... 139
2) Enuntiata generalia..... 139
III. Enuntiata temporalia, quae a particula πρίν ducuntur... 139
1) Enuntiata futura..... 140
Praesens coni..... 140
Aoristus coni..... 141
Praesens et aoristus coni..... 144
2) Enuntiatum generale..... 144

		P.
	B. Enuntiationes temporales optativo prolatae	144
	I. Enuntiata, quae a particula cum ducuntur	144
	1) Enuntiata futura	145
	2) Enuntiata generalia	145
	Praesens opt	145
	Aoristus opt	145
	Praesens et aoristus opt	146
	II. Enuntiata, quae a particula dum ducuntur	146
	C. Sententiae temporales indicativo (et infinitivo) prolatae	147
	I. Sententiae, quae particulis cum significantibus incipiunt	148
	II. Sententiae, quae particula dum incipiunt	155
	III. Sententiae, quae particula πρίν incipiunt	155
Cap. V.	Sententiae relativae	157
	A. Relativae sententiae coniunctivo prolatae	157
	I. Enuntiata futura	159
	Praesens coni	160
	Aoristus coni	161
	II. Enuntiata generalia	162
	Praesens coni	163
	Aoristus coni	164
	Perfectum coni	166
	B. Relativae sententiae optativo prolatae	166
	I. Enuntiata futura et praesentia	167
	II. Enuntiata generalia	168
	Optativus praesentis	168
	Optativus aoristi	169
	C. Relativae sententiae, in modorum usu primarias sequentes	169
	Sententiae relativae causales	170
	Sententiae relativae adversativae	171
	Sententiae relativae finales	171
	Sententiae relativae consecutivae	172
	Sententiae relativae condicionales	173
	Numeri pronominum et adverbiorum relativorum	177

PRAEFATIO.

„Duae res, inquit G. Hermannus (Opp. v. 2, p. 218), in iis, quae ad litteras Graecas pertinent, longe sunt difficillimae, lexicon scribere, et grammaticam". Quod viri praestantissimi iudicium quam verum sit, ipse in hoc opusculo componendo expertus sum. Nam et conicere, quanam de causa scriptor hac vel illa ratione dicendi usus esset, saepenumero haud facile fuit, et quo referrem nonnullos locos, diu multumque dubitavi. Ceterum non omnes partes libri mei pariter aequaliterque elaboravi: nam cum primo constituissem de coniunctivi et optativi in sententiis condicionalibus, temporalibus, relativis usu scribere, huic rei maxime operam dedi, omnibus allatis locis, qui huc pertinent; eodemque modo postea reliquas condicionum formas tractavi; de ceteris autem temporalibus et relativis enuntiatis brevius egi. Praeterea, cum non ignorarem, ad Aristophanem haud raro magni interesse, in quo metri genere locus legeretur, id notis, versuum numeris appositis: „an., hex., lyr., tetr. iamb., tr.", diligenter significavi, nisi quod iis, qui ex trimetris iambicis petiti sunt, nullam notam adieci.

Nec minus, quam grammaticae, criticae operam dedimus, maximeque illi eius generi, quod in redarguendis aliorum erroribus occupatum est. „Cum enim multa in his fabulis antiquitus tradita identidem vexari et criticorum arbitratu mutari intelligeremus, quae ad sermonis morem et poetae consuetudinem referenti vindicari posse viderentur, non inutile esse putabamus nonnullos eius modi locos explicatis rationibus disceptare" (Vahleni verba sunt).

In locis afferendis secutus sum in Equitibus, Thesmophoriazusis, Ranis, Ecclesiazusis, Pluto Velsenum, in reliquis fabulis Meinekeum, in fragmentis Kockium. Alias quoque editiones consului: Bekkeri, Bergkii, Blaydesii, Dindorfii (Parisiis apud Didotum a. 1884 et

Lipsiae a. 1869), Elmslei, Engeri, Fritzschei, Hirschigii, Invernizii—Beckii—Dindorfii, Kockii, Merrii, Muelleri, Ribbeckii, Richteri, Teuffelii—Kaehleri; scholia affero e Duebneri editione. Praeterea plus minusve usus sum cum aliis, tum his libris:

Ahrens. De Graecae linguae dialectis. Lib. II. Gottingae. 1843.

Aken. Die Grundzüge der Lehre von Tempus und Modus im Griechischen. Rostock. 1861.

Bachmann. Coniecturarum observationumque Aristophanearum specimen I. Gottingae. 1878.

„ Lexici Aristophanei specimen. Frankfurt a. O. 1884.

„ Zur Kritik der Komoedien des Ar. (Philologus V Supplementband. Heft 2). 1889.

Bakhuyzen. De parodia in comoediis Aristophanis. Traiecti ad Rhenum. 1877.

Bamberg. De Ravennate et Veneto Aristophanis codicibus. Lipsiae. 1865.

„ Exercitationes criticae in Aristophanis Plutum. Berlin. 1869.

„ Exercitationes criticae in Aristophanis Plutum novae. Gotha. 1885.

Bast. Commentatio palaeographica. Lipsiae. 1811.

Bernhardi. De incisionibus anapaesti in trimetro comico Graecorum (Acta societatis philologae Lipsiensis. Tomus I). Lipsiae. 1872.

Cobet. Variae lectiones. Lugduni—Batavorum. 1873.

Coenen. Dissertatio litteraria de usu particulae conditionalis apud Aristophanem. Groningae. 1879.

Ehrhardt. Interpolationen in des Ar. Wespen. Görlitz. 1890.

Ernst De usu aoristi et praesentis coniunctivi in enunciatis relativis condicionalibus et temporalibus. Marburgi Cattorum. 1873.

Fassbaender. De optativo futuri. Lipsiae 1884.

Fuller. De articuli in antiquis Graecis comoediis usu. Lipsiae. 1888.

Gildersleeve. On εἰ with the Future Indicative and ἐάν with the Subjunctive in the Tragic Poets (Transactions American Philological Association, 1876).

Gildersleeve. Studies in Pindaric Syntax. The Conditional Sentence in Pindar (The American Journal of Philology, vol. III, N 12).

Goodwin. Syntax of the Moods and Tenses of the Greek Verb. London. 1889.

Hermann. Elementa doctrinae metricae. Lipsiae. 1816.

„ De particula ἄν libri IV (Opuscula, v. IV. Lipsiae. 1831).

Herwerden. Analecta critica ad Thuc, Lys., Soph., Aristoph. et comicorum Graecorum fragmenta. Traiecti ad Rhenum. 1868.

„ Aristophanea (Hermes 24 Bd.). 1889.

(Jernstedt.) Ернштедтъ. Порфиріевскіе отрывки изъ Аттической комедіи. Петербургъ. 1891.

Keck. Ueber den Dual bei den Griechischen Rednern. Würzburg. 1882.

Kuehne. De codicibus qui Aristophanis Ecclesiazusas et Lysistratam exhibent. Halis Saxonum. 1886.

Meineke. Vindiciarum Aristophanearum liber. Lipsiae. 1865.

Meisterhans. Grammatik der Attischen Inschriften. Berlin. 1888.

Middendorf. Beitraege zur Lehre von den temporalen und hypothetischen Nebensaetzen im Griechischen. Weissenburg. 1876.

Petri. De enuntiatorum condicionalium apud Ar. formis et usu. Halis Saxonum. 1887.

Prause. De particulae πρίν usu tragico et Aristophaneo. Halis Saxonum. 1876.

Reisig. Coniectaneorum in Ar. libri duo. L. I. Lipsiae. 1816.

Rumpel. Der trimeter des Ar. (Philologus, v. 28). 1868.

„ Der trochäische tetrameter bei den griechischen lyrikern u. dramatikern (ibid.)

Rutherford. The new Phrynichus. London. 1881.

Schenk. Observationes criticae in fabulas Aristophaneas, praecipue in posteriores. Neu—Ruppin. 1891.

Schnee. De Aristophanis codicibus capita duo. Halis Saxonum. 1876.

„ De Aristophanis manuscriptis quibus Ranae et Aves traduntur. Hamburg. 1886.

Schoemann. Animadversiones ad Ar. Acharnenses. Gryphiswaldiae. 1868.

Stahl. Quaestiones grammaticae ad Thuc. pertinentes. Lipsiae. 1886.

Sturm. Entwickelungsgeschichte der Constructionen mit πρίν. Würzburg. 1882.

(Vahlen). Observationum Aristophanearum capita quaedam. Berolini. 1884.

Veitch. Greek Verbs irregular and defective. Oxford. 1887.

Weber. Entwickelungsgeschichte der Absichtssätze. Würzburg. 1884.

Wehr. Quaestiones Aristophaneae. Gotting. 1869.

Wecklein. Curae epigraphicae ad grammaticam Graecam et poetas scenicos pertinentes. Lipsiae. 1869.

Winter. De modorum in enunciatis conditionalibus apud tragicos Graecos usu. Vratislaviae. 1865.

Zielinski. Die Gliederung der Altattischen Komoedie. Leipzig. 1885.

CAPUT I.

De temporibus verbi Graeci.

Temporum verbi Graeci duo sunt genera, quorum altero *actio* significatur, altero *status*, qui actionem excipit. In priore genere item duae species distinguendae sunt: altera simpliciter significatur aliquid factum esse, nullo respectu habito diuturnitatis, altera praedicatur actionem non nihil temporis durare. Ad prius genus, quod imperfectum appellaverim, pertinet praesens, imperfectum, aoristus, futurum simplex, quorum praesens et imperfectum sunt diutinae specie, aoristus non-diutinae, futurum pertinet ad utramque. Altero genere, quod perfectum appellabo, continetur perfectum, plusquamperfectum, futurum exactum. Hoc genus species non habet, sive potius totum est diutinae specie. Hanc divisionem ita distinctius describserim.

	Tempus praesens.	T. praeteritum.	T. futurum.
I. *Genus imperfectum.*			
1) Species diutina.....	Praesens	Imperfectum.	Futurum simplex.
2) Species non-diutina....	deest.	Aoristus	
II. *Genus perfectum.*			
1) Species diutina	Perfectum.	Plusquamperfectum.	Futurum exactum.
2) Species non-diutina ...	d e	e s	t.

Species generis imperfecti nos quoque, ut alii Slavi, habemus eademque significatione, qua Graeci, usurpamus; genere perfecto caremus; quod si accuratius exprimere volumus, pluribus vocibus et per ambitum verborum enuntiare solemus. Veluti ποιῶ est я дѣлаю, ἐποίουν я дѣлалъ, ἐποίησα я сдѣлалъ, ποιήσω я буду дѣлать, сдѣлаю,

πεποίηκα я есмь сдѣлавшій, ἐπεποιήκη я былъ сдѣлавшимъ, πεποιηκὼς ἔσομαι я буду сдѣлавшимъ.

Generis et specie vim verbum Graecum, ut Rossicum, in omnibus modis conservat: itaque ἵνα ποιῶ, ποιοίην est чтобы я дѣлалъ, ἵνα ποιήσω, ποιήσαιμι чтобы я сдѣлалъ etc.

Sed ipsi Graeci haud raro pro perfecto et plusquamperfecto aoristum ponebant, praesertim in sententiis temporalibus, condicionalibus, relativis, coniunctivo cum ἄν aut optativo elatis.

CAPUT II.

De usu coniunctivi praesentis et aoristi in sententiis temporalibus, condicionalibus, relativis.

Vulgo docent grammatici, in sententiis temporalibus, condicionalibus, relativis, coniunctivo solo vel addita particula ἄν elatis, sive ad futurum tempus spectant, sive ad quodlibet tempus pertinent, praesens coniunctivi poni solere, si actio sententiae secundariae in idem incidat tempus ac primariae, aoristum autem, si protasis actio praecedat.

Quae doctrina, etsi ab Ernstio (De usu aor. et praes. coni. etc.) labefactata est, tamen quoniam hic neque ipse satis clare hoc demonstravit, neque aliis persuasit, non alienum a re erit, si eandem quaestionem retractavero, aliis maioribusque argumentis allatis.

1) Ac primum quidem vulgata doctrina a reliquo usu et vi coniunctivi praesentis et aoristi discrepat. Qui enim fieri potest, ut alibi praesens et aoristus coniunctivi aliorumque modorum specie inter se differant, cum praesens speciem diutinam, aoristus non-diutinam significet, in illis solis enuntiatis longe alio discrimine separentur?

2) Illud quoque parum recte mihi videntur fecisse grammatici, quod non animadverterunt, interdum de consecutione temporum ne dici quidem posse. Sunt enim enuntiata condicionalia, quae meram condicionem contineant nec ulla temporis ratione cum enuntiato primario conexa sint, ut in locum ἐάν particulae ὅταν succedere non possit. Exempli gratia haec afferam: R. 1475 τί δ' αἰσχρόν, ἢν μὴ τοῖς θεωμένοις δοκῇ; „quid turpe, si spectantibus non ita vide-

tur?“ V. 808 ἀμίς,—ἢν οὐρητιάσῃς,—παρὰ σοὶ κρεμήσεται „matula, si micturias, iuxta te pendebit“: matula autem pendebit non postquam mingere voluerit, sed etiam alias. Av. 758 τοῦτο--καλὸν παρ' ἡμῖν ἐστιν, ἤν τις τῷ πατρὶ—εἴπῃ=τὸ εἰπεῖν. Idem non minus apparet in sententiis concessivis, ut V. 654 οὐκ ἔστιν ὅπως οὐχὶ τεθνήξεις, κἂν χρῇ σπλάγχνων μ' ἀπέχεσθαι. Similiter in relativis sententiis est ubi actio secundarii enuntiati ad praesens vel potius ad quodlibet tempus pertineat, primarii ad futurum, veluti Ec. 1124 εὐφρανεῖ τὴν νύχθ' ὅλην ἐκλεγομένας ὅ τι ἂν μάλιστ' ὀσμὴν ἔχῃ „(merum) laetiores reddet mulieres, illud eligentes, quod maxime odoratum est (non eo solo tempore, sed semper)“.

3) Quin etiam et aoristus et praesens coniunctivi haud rare eiusmodi actionem indicat, quae primariam actionem secutura sit. Quod semper fit in enuntiatis temporalibus, quae a particula ἕως „quoad“ significante (vel πρίν, cum sententia regens affirmativa est) ducuntur*) (a), interdum in condicionalibus, praesertim si conatum indicant, et concessivis (b), denique raro quidem, non tamen nunquam etiam in alio genere temporalium enuntiatorum (c). Exempli gratia haec afferam.

a) *Praes.:* V. 1441 ὕβριζ', ἕως ἂν τὴν δίκην ἄρχων καλῇ „illude usque dum archon litem hanc introduci iubeat“.

Aor.: N. 1489 τὸ τέγος κατάσκαπτε, ἕως ἂν αὐτοῖς ἐμβάλῃς τὴν οἰκίαν. Ec. 770 φυλάξομαι, πρὶν ἄν γ' ἴδω.

b) *Praes.:* Ec. 107 τούτου—τόλμημα τολμῶμεν τοσοῦτον οὕνεκα, ἤν πως παραλαβεῖν τῆς πόλεως τὰ πράγματα δυνώμεθα. L. 123 ποιήσομεν, κἂν ἀποθανεῖν ἡμᾶς δέῃ „faciemus, etiamsi nobis moriendum sit (posthac)“.

Aor.: R. 1517 τὸν θᾶκον τὸν ἐμὸν παράδος Σοφοκλεῖ τηρεῖν καὶ διασώζειν, ἢν ἄρ' ἐγώ ποτε δεῦρ' ἀφίκωμαι. Ec. 247 σὲ στρατηγὸν αἱ γυναῖκες αὐτόθεν αἱρούμεθ', ἢν ταῦθ' ἁπινοεῖς κατεργάσῃ, quod idem fere est ac si dicas: „dummodo perficias“.

c) Ec. 634 ἐπιτήρει, ὅταν — παραδῶ σοι δευτεριάζειν „opperire, *dum* tibi secundas partes exigendas dem“.

---

* Satis mirari non possum ineptiam eorum grammaticorum, qui cum dent vulgatum illud praeceptum, nihilo minus in exemplis afferant ea quoque, quae ab istis particulis ducuntur. Vide Krüger 53, 6, 5 (postremum exemplum). Middendorf., p. 1—2.

4) Accedit, quod praesens coni. in sententiis condicionalibus (a) et relativis (b) saepissime actionem praecedentem significat. Huiusmodi pauca exempla etiam in temporalibus (c) enuntiatis inveni.

a) N. 561 ἦν ἐμοὶ καὶ τοῖσιν ἐμοῖς εὐφραίνησθ' εὑρήμασιν, εἰς τὰς ὥρας τὰς ἑτέρας εὖ φρονεῖν δοκήσετε: ubi adiectis verbis εἰς τ. ὥ. τ. ἑ. „proximi anni aestate" (v. Jernstedt. „Порфирьевскіе отрывки" p. 128) diserte temporalis ratio sententiarum indicatur. N. 1115 τοὺς κριτὰς — ἃ κερδανοῦσιν, ἤν τι τόνδε τὸν χορὸν ὠφελῶσ' ἐκ τῶν δικαίων, βουλόμεσθ' ἡμεῖς φράσαι „iudices quid lucrabuntur, si hunc chorum *iuverint*". P. 1356 κἂν ξυνέπησθέ μοι, πλακοῦντας ἔδεσθε: sine dubio chorus placentas esurus est, cum Trygaeum secutus domum eius venerit, non dum sequetur. V. 1074 εἴ τις ὑμῶν — θαυμάζει,—ῥᾳδίως ἐγὼ διδάξω, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν „etiamsi indoctus fuerit antea", ubi adiecto τὸ πρίν clarissime ratio temporum indicatur, ut apud Thucydidem 1, 41, 3 φίλον — ἡγοῦνται τὸν ὑπουργοῦντα, ἢν καὶ πρότερον ἐχθρὸς ᾖ. Alios locos vide infra p. 9.

b) Av. 450 τοὺς ὁπλίτας νυνμενὶ — ἀπιέναι,—σκοπεῖν δ' ὅ τι ἂν προγράφωμεν ἐν τοῖς πινακίοις, ubi Pithetaerus milites gravis armaturae edicta sua inspicere iubet non eo tempore quo scribat, sed cum iam scripserit. R. 702 πάντας ἀνθρώπους — κτησώμεθα — πολίτας, ὅστις ἂν ξυνναυμαχῇ „qui pugnae navali *interfuerit*". V. 561 ἔνδον τούτων, ὧν ἂν φάσκω, πάντων οὐδὲν πεποίηκα „in iudicium ingressus nihil horum, quae *promisi*, facere soleo".

c) Th. 493 ὅταν μάλισθ' ὅλην ληκώμεθα τὴν νύχθ', ἕωθεν τὰ σκόροδα διαμασώμεθα „cum maxime noctu *subagitatae sumus*, mane allia mandimus", ubi ratio temporum, iam per se clara, etiam clarius adiecto ἕωθεν designatur. Ec. 665 ταύτης (=τῆς μάζης) — ὅταν τις ἀφαιρῇ, οὐχ ὑβριεῖται—αὖθις „hanc cum quis ei *detraxerit*".

5) Ne illud quidem satis perspexerunt grammatici, permultis locis aoristo coni. indicari, non totam actionem pendentis enuntiati prius absolutam atque finitam esse, quam primaria actio inierit, sed tantummodo incohatam, ut proprie pendens actio ipsa eodem tempore fiat, quo primaria. Cuius generis exempla tam multa sunt, ut vix opus sit afferre.

Av. 1607 οὐ — μεῖζον ὑμεῖς οἱ θεοὶ ἰσχύσετ', ἢν ὄρνιθες ἄρξωσιν κάτω „si aves imperio potiti erunt = imperium tenebunt; Graece quoque dici poterat ἄρχωσι. Av. 967 ὅταν οἰκήσωσι λύκοι πολιαί τε

κορῶναι ἐν ταὐτῷ, — Πανδώρᾳ θῦσαι — κριόν „cum incoluerint vel habitare coeperint“, non: „cum habitaverint vel habitare desierint“.

Ann. Sibi non constat Madvigius, qui in grammatica Graeca sua § 128 b et 134 bc docet, coniunctivum et optativum, ex hoc ortum antecedente historico tempore, in praesenti actionem contemporaneam, in aoristo praegressam significare; § 135 autem dicit, in potentiali condicione aoristum optativi eo tantum differre a praesenti, quod actionem momentaneam designet: at inter optativum in potentiali condicione et eum, qui ex coniunctivo ortus sit, neque hoc neque aliud quidquam interesse, facile concedet, qui secum reputaverit, quam tenui ac fere nullo discrimine interdum condicio potentialis separetur ab ea, quae conjunctivo elata est.

Quae cum ita sint, satis mihi demonstrasse videor, vulgatae illius doctrinae fundamenta in aqua, ut aiunt, posita esse. Proximum est, ut de contraria huic Ernstii doctrina quid sentiam exponam. Quam ille vir doctissimus ita expressit (p. 18): „Apparebit, siquidem veram et cum Graecae linguae proprietate convenientem explicationem usus et aoristi et praesentis coniunctivi assequi velimus, cum temporalem relationem inter protasin et apodosin nobis respuendam tum solam actionem verbi respiciendam esse. Quae cum ita sint, de usu utriusque rationis haece praecepta exhibuerim: coniunctivus praesentis a Graecis adhibebatur, si actus verbi ita erat comparatus, ut secundum perpetuitatem vel gravitatem conveniret cum actione infecta. Coniunctivus aoristi in usum vocabatur, si actus praedicati momentaneus erat vel leviter pronuntiandus videbatur, ita ut actioni aoristicae responderet“.

Haec ille et recte, quod quidem ad *significationem* horum temporum attinet, modo „gravitatem“ et „levitatem“ illam omisisset: nam admodum lubrica res est. At cum *usum* specto, ne in Ernstii quidem doctrina acquiescere possum.

1) Quid enim causae est, ut ab hoc ordiar, quod aoristo coni. nunquam actio contemporanea indicatur? At si in specie tantum summa rei verteretur, hoc fieri posset, ut nos dicimus: „въ ту минуту, когда я умру, онъ будетъ смѣяться“, quod Graece ita vertendum est: ὅταν ἀποθνήσκω, γελάσεται. In indicativo quidem ita aoristus dicitur, ut N. 23 τί ἐχρησάμην; ὅτ᾽ ἐ π ρ ι ά μ η ν τὸν κοππα-

τίαν „cum emi“, non „postquam emi“. Lysiae or. 7, 5 ἐπειδὴ τὸ χωρίον ἐ κ τ η σ ά μ η ν, οὔτ' ἐλαία οὔτε σηκὸς ἐνῆν ἐν αὐτῷ. (De optativo ita posito dicam, cum condiciones optativas tractabo).

2) Adde quod praesenti coni. rarissime actio praecedens exprimitur, ubi temporalis ratio praedicanda est, ut supra dixi. Quin etiam in enuntiatis, quae a particula πρίν ducuntur, praecedente negativa sententia, quamquam οὐ πρότερον—πρίν fere „postquam“ valet, tamen praesenti coni. significatur, initium quidem actionis antecedere, sed ipsam actionem contemporaneam esse, ut apud Antiphontem (1,29) οἱ—ἐπιβουλευόμενοι οὐδὲν ἴσασι πρίν γ' ἤδη ἐν αὐτῷ ὦσι τῷ κακῷ „homines tum demum insidias sibi strui sentiunt, cum iam in ipsa calamitate versantur (non: postquam versati sunt)“.

Quae cum ita sint, de coniunctivorum usu in sententiis temporalibus, condicionalibus, relativis haec praecepta dederim.

Coniunctivus aoristi easdem habet significationes, quas ceteri eius modi. Naturalis autem et principalis vis aoristi ea est, ut significet, aliquid factum sive ad finem adductum esse. Fac igitur, actionem esse lineam geometricam: aoristo indicatur aut punctum eius lineae, nullam longitudinem habens, aut tota linea, quasi in unum contracta. Quod punctum pro ipsius verbi natura potest esse aut ultimum, quod saepius, ut ἐποίησα = feci, h. e. rem ad finem perduxi, aut primum, quod rarius, ut ἐβασίλευσα coepi regnare. Haec duo aoristi genera simillima sunt duobus perfecti generibus, ab Akenio indicatis (§ 20,1); atque coni. aoristi in iis enuntiatis, de quibus agitur, nihil fere differt a coni. perfecti (haec esse causa mihi videtur, cur coni. perf. in iis rarissime usurpetur): itaque, ut in perfecto modo positivus eventus eminet (ut κέκτημαι „acquisivi = nunc habeo“), modo negativus (ut βεβίωκε „vixit = non iam vivit), ita in coni. aoristi, ut ὅταν ποιήσω „cum fecero = cum facere desiero“, ὅταν ἐπιθυμήσω „cum concupiero = cum cupiam“. Itaque, coni. aor. indicat:

1) Actionem, nullam diuturnitatem habentem, quae iam absoluta repraesentatur;

2) initium alicuius status vel condicionis, item nullam diuturnitatem habens;

3) diutinam actionem, sed cuius diuturnitatis nulla ratio habeatur, cum id tantum praedicetur, eam iam ad finem perductam esse; itemque actionem repetitam non-diutinam.

Coniunctivus praesentis easdem habet significationes, quas ceteri eius modi et imperfectum indicativi: potest enim indicare:

1) diutinam vel repetitam actionem, cum eius diuturnitatis vel repetitionis ratio habetur;

2) conatum aliquid faciendi aut, si sententia negativa est, declinationem.

Hinc apparet, actionem durantem vel repetitam saepe et modis speciei diutinae et non-diutinae exprimi posse. Aoristus tamen, quia actionem ad finem adductam significat, tum fere ponitur, cum de certa aliqua et definita sive sensu, sive etiam adiectis verbis re agitur, aut quoties repetita sit aoristica actio indicatur *; quare, ubi de consuetudine moreve agitur, opus est imperfecto praesentisque modis: itaque recte in his aoristus dici potest: Ἀριστοφάνης ἔγραψε δράματα τετταράκοντα τέτταρα, Χέοψ πεντήκοντα ἔτη ἐβασίλευσε (vel ἐβασίλευε) τῶν Αἰγυπτίων, δὶς (τρὶς, πολλάκις) ταὐτὸν εἶπε, sed imperfecto uti necesse est in his: Ἀρ. διὰ παντὸς τοῦ βίου ἔγραφε δράματα, Χ. ἐβασίλευε τῶν Αἰγ., ἀεὶ ταὐτὸν ἔλεγε. Sed multis locis utrumque aeque rectum est, ut in exemplo Χέοψ: nam diutina specie actionis particulae tanquam in linea dispositae describuntur, altera specie quasi in unum contractae repraesentantur. Praeterea sunt verba, quae utrum in diutina specie an in aoristo ponas interdum parum refert, ut ἐκέλευον et ἐκέλευσα, ἐνόμιζον et ἐνόμισα; quorum alia sic, alia secus saepius dicta reperias.

Sed cum *temporalem* rationem pendentis enuntiati et primarii considero, haec de coniunctivorum usu statuenda puto. In sententiis condicionalibus, relativis, temporalibus, quae a coniunctionibus, „cum“ significantibus ducuntur, actio solet aut antecedere tempore primariam, aut ei contemporanea esse (exceptis non ita multis locis, ubi actio pendens regentem sequitur).

---

* Est tamen, ubi aoristo diutina actio incertae longitudinis significetur, quod nullo fere sensus discrimine praesenti quoque exprimi potest; qui usus aoristi nostris verbis, cum particula *no* compositis respondet, velut apud Ar.: ἐὰν ξυμπίῃς A. 277 „попьешь“, εἰ διατρίψῃ E. 805 „поживетъ“, ἐὰν σιγῶν ἀνάσχῃ V. 513 „побудешь молча“, χορεῦσαι P. 781 „поплясать“.

Atque *aoristo* actio alteri contemporanea exprimi non solet; itaque aoristus semper eam actionem significat, quae aut absoluta, aut certe inita est, antequam altera actio fieri cœpit.

Praesentis usus multo perplexior est. Plerumque significat actionem alteri contemporaneam et ideo diutinam vel repetitam; si autem huius modi actio alteram praecedit, saepe diuturnitatis notione neglecta, aoristus ponitur. Hic enuntiata temporalia a condicionalibus et relativis secernenda sunt.

In illis enim praesens semper fere actionem alteri contemporaneam significat: excipiuntur enim hi tantum loci, in quibus praesenti actio praecedens exprimitur:

a) Ec. 663 et 665, ubi praesenti indicatur futura actio ita repetita, ut unaquaeque actio pendentis sententiae unamquamque actionem primariae antecedat; quamquam totum temporis spatium, his repetitis actionibus in utraque sententia occupatum, idem est. Alibi tamen hoc aoristo enuntiatur Av. 190. Pl. 529. Fr. 693 (ex emendatione Bergkii), ubi repetendi notione neglecta una de multis actio respicitur. Eodem referri possunt duo loci P. 931 et R. 132, ubi praedicata sunt λέγῃ et φῶσι: quamquam a Graecis, ut Romanis et nobis, actio dicendi et interrogandi interdum parum accurate pro contemporanea habetur alii actioni (velut respondendi).

b) N. 1211, ubi enuntiati praedicatum est verbum νικᾷν, quod constat in perfecti fere notionem abisse, ut proprie non sit huc referendum.

c) Th. 493, ubi actio durans, saepius repetita indicatur, quae ad praesens vel potius ad quodlibet tempus pertinet. Attamen Graecos ipsos solum praesens hoc loco aliter ac poeta voluit intellecturos fuisse, ostendunt adiecta ἔωθεν et τὴν νύκτα: quibus omissis, si dictum esset ὅταν ληκώμεθα, τὰ σκόροδα διαμασώμεθα, quivis, opinor, has actiones eodem tempore fieri putaret.

In enuntiatis condicionalibus, concessivis, relativis, in quibus nexus temporalis multo laxior est atque etiam est ubi prorsus neglegatur, etsi lex illa multis locis valet, tamen exceptiones tam multae sunt, ut Graci videantur hic non tam temporalem sententiarum rationem, quam speciem verbi attendisse. Itaque permultos locos repperimus, quibus praesens de actione praegressa dictum est *, quorum nonnul-

* Huc rettuli eos quoque paucos locos, quos forsitan aliquis (non enim satis clara est temporalis ratio) violare vulgatam legem negaverit. Ego vero eam rationem secutus sum, quae mihi maxime cum rerum natura convenire videbatur.

lis aoristus quoque poni poterat. Quod his de causis factum invenimus:

1) In enuntiatis *condicionalibus* et *concessivis*.

a) Praesenti indicatur actio futura ita *repetita*, ut unaquaeque actio pendentis sententiae unamquamque actionem primariae antecedat: A. 835. V. 916. Ec. 415. 420. 468. 619. Eodem referendus est Av. 559, quamquam hic v. ἐπίωσι aoristi quoque vice fungi potest. — Sed totum temporis spatium, quo omnes illae repetitae actiones continentur, idem fere est.

b) Praesenti indicatur actio *diutina* vel *usitata*, alteram praecedens: A. 39. 317. N. 501. 561. 992. 1115. 1153. 1317. 1448. V. 842. 1074. 1256. 1264. Av. 977. L. 472. Th. 271. Ec. 248. 254. 1023. Pl. 22. 142.

c) In praesenti saepe ponuntur ea verba, quorum praesens fere perfecti vim habet, ut νικᾶν E. 271. 276. V. 581 (aoristum tamen legimus in N. 1087. 1445), κρατεῖν V. 1515. R. 792 (sed aor. V. 538), ἡττᾶσθαι Pl. 482 (sed aor. V. 523), ἥκειν R. 1510.

d) Similiter praesenti opus est eorum verborum, quae aoristo carent et imperfectum eorum praesentisque modi pro aoristo quoque usurpari possunt, qualia sunt ἰέναι A. 839. Av. 631. Th. 934. Ec. 1148, καθέζεσθαι vel καθίζεσθαι V. 90. Ec. 98. Eodem pertinent ea quoque, quae etsi habent aoristum, tamen facilius in specie diutina ponuntur, ut ἕπεσθαι P. 1356, διδόναι N. 98. V. 693. Av. 1655; cf. A. 835. Av. 1534. 1618. L. 1119 (sed aor. V. 583. 684; cf. N. 1500. Av. 978).

e) Nescio an huc referendi sint ii quoque satis multi loci, ubi praesens coni. cum *negatione* iunctus est, ut L. 310 κἂν μὴ — τοὺς μοχλοὺς χαλῶσιν αἱ γυναῖκες, ἐμπιμπράναι χρὴ τὰς θύρας: hic si negatio abesset, dictum esset, opinor, ἢν χαλάσωσι. Praesens eo videtur positum esse, quod μὴ χαλῶσιν declinationem quandam agendi significat, quae diutina, sive mavis primariae actioni contemporanea intellegi potest: „si nolent laxare, recusabunt ne laxent, negabunt se laxaturas“. Idem ad hos quoque locos pertinet: E. 337. V. 616. P. 107. Av. 1050. 1534. 1618. L. 310. 1119. Sed aoristus invenitur: N. 1500. V. 303. P. 102. Av. 978 etc.

2) In enuntiatis *relativis*.

a) Praesenti coni. significatur ea actio futura *repetita*, quae a singulis subiectis (vel de singulis obiectis) pluries facta sit, ut Av. 450

σκοπεῖν, ὅ τι ἂν προγράφωμεν „quodcunque et quotiescunque protulerimus“ (ὅ τι ἂν προγράψωμεν valere potest: „quodcunque (semel) protulerimus“). Quod his locis invenimus: Av. 450. R. 702. 894. Idem tamen aoristo exprimitur N. 1316. P. 138.

b) Actio *diutina*, aliam antecedens, praesenti coni. enuntiata est in E. 1108.

c) Semel legitur praesens coni. verbi ἥκειν, quod perfecti vim habet, Ec. 290.

d) Praesenti coni. utitur Aristophanes eorum quoque verborum, quorum speciem diutinam amabant Graeci, ut διδόναι A. 799, κελεύειν N. 808. Fr. 2, 2, φάσκειν V. 561.

De praesentis et aoristi coni. usu haec quoque annotanda sunt. Sunt verba, ut supra dixi (p. 7), quae hoc an illo modo dicta sint parum interest. Horum igitur alia saepius ita, alia secus usurpantur.

βούλεσθαι: constanter in *praesenti* ponitur: 1) Temp. L. 1019. — 2) Cond. E. 850. N. 1117. Av. 188. 1111. L. 194. 499. 862. 939. 1036. R. 381. Ec. 611. 981. 1097. Pl. 74. 217. 638. — 3) Rel. N. 1151. (In optativo praesens semel in cond. invenitur: Pl. 136).

(ἐ)θέλειν: *Praes.* decies: 1) Cond. N. 801. V. 493. P. 1187. Av. 1598. Ec. 1017. Pl. 347. 405. 1188. — 2) Rel. P. 939. Av. 928. — *Aor.* bis: Cond. Av. 555. L. 527. (In optativo praesens semel in cond. legitur: R. 533).

δεῖν imperson. constanter in *praesenti* ponitur: 1) Temp.: N. 620. V. 253. P. 1175. Pl. 248. — 2) Cond.: V. 221. 813. L. 123. 134. R. 265. — Rel.: Th. 8. 90. R. 161. Ec. 298.

δοκεῖν imperson.: *Praes.* quinquies: 1) Cond. E. 1386. L. 115. 901. 902. R. 1475. — 2) Rel. A. 487. Pl. 471. — *Aor.* bis: 1) Cond. Ec. 123. — 2) Rel. Ec. 798.

ἐπιθυμεῖν: *Praes.* semel: Cond. Ec. 1015. — *Aor.* bis: Cond. Ec. 611. 618.

ὁρᾶν: *Praes.* semel: Temp. P. 859. — *Aor.* tredecies: 1) Temp. A. 1011. R. 17. 815. — 2) Cond. N. 348. 351. 536. 1124. V. 97. P. 951. Av. 1550. R. 644. 1178. — 3) Rel. R. 637. (In optativo praesens nusquam legi, aoristum ter in cond. sent.: A. 520. 1196. E. 423).

πείθεσθαι: *Praes.* in libris legitur sexies: Cond. Av. 1086. Th. 1167. R. 1135. 1229. Ec. 209. 239, sed quattuor locis a viris doctis in aoristum mutatum est. *Aor.* semel: Cond. E. 962.

ἡγεῖσθαι constanter in *praesenti* ponitur: 1) Temp. R. 1443. — 2) Cond. Av. 586. Contra

νομίζειν constanter in *aoristo* ponitur: 1) Temp. R. 1463. — 2) Cond. Av. 577. 723.

τυγχάνειν constanter in *aoristo* ponitur: 1) Temp. E. 1138. Av. 1622. Pl. 150. 904. — 2) Cond. N. 1079. Pl. 3. 237. 242. — 3) Rel. Av. 458. (Sed in optativo semel legitur praesens in cond. sent. Pl. 1037, aoristus autem bis: Cond. Ec. 89 et Rel. R. 945).

δύνασθαι constanter in *praesenti* ponitur (apud alios velut Isocratem saepe in aoristo): 1) Temp. R. 1102. — 2) Cond. Ec. 108. 468.

Eodem pertinent multis quidem locis verba *dicendi* (λέγειν, φάναι, φάσκειν, κελεύειν), διδόναι, quorum nonnulla supra attuli, quorum aoristum Graeci haud raro speciei diutinae praetulisse videntur.

Itaque summa disputationis meae haec est. In enuntiatis temporalibus, condicionalibus, concessivis, relativis inter coniunctivum aoristi et praesentis, quod quidem ad significationem attinet, idem discrimen est, quod inter indicativum aoristi et imperfectum. Nam *aor.* coni. significat 1) actionem absolutam, nullam diuturnitatem habentem; 2) initium status (aor. incohativus qui dicitur), 3) summatim diutinam vel repetitam actionem statumve (quem aoristum grammatici vocant complexivum sive summarium). *Praes.* coni. indicat 1) diutinam vel repetitam actionem statumve vel consuetudinem, 2) conatum aut ex contrario declinationem aliquid faciendi. In eligendo alterutro magna est fluctuatio: nam idem haud raro utroque modo exprimi potest nullo fere sensus discrimine. At tamen, si temporalem rationem sententiarum indicari opus est, actio contemporanea specie diutina, h. e. praesenti exprimitur, actio, quae praecedit (aut certe ante incohata est), etiamsi diutina est, plerumque specie non-diutina, h. e. aoristo profertur; quod cadit potissimum in temporales sententias, sed haud raro etiam in condicionales et relativas. Velut in Ec. 798 ἅττ' ἂν δὲ δόξῃ ταῦτα πάλιν ἀρνουμένους aoristus coni. necessarius est: nam praesens absurdum esset. Sin autem temporalis nexus enuntiatorum neglegitur, id quod semper fit in sententiis

concessivis, sed haud raro etiam in condicionalibus et relativis, in eligendo tempore coniunctivi profecto nihil aliud attenditur, quam species actionis. Qua re est ubi praesenti actio praecedens significetur. Similiter in enuntiatis, indicativo prolatis, si temporalis nexus urgetur, ut in temporalibus enuntiatis, imperfecto actio contemporanea, aoristo — praecedens exprimitur; sin minus, velut in condicionalibus et relativis, etiam imperfecto actio praecedens haud raro indicatur.

Nec vero in hoc ipso iudicando, utrum contemporanea an praecedens actio repraesentanda sit, ulla est multis locis constantia: nam hoc quoque saepe utroque modo dici potest; quam ad rem non parvi momenti est et consuetudo ususque scriptoris (ut Aristophanes semper dicit ἦν βούλῃ, Isocrates haud raro aoristo quoque utitur), et, quod apud poetam minime neglegendum est, metrum (quam unam causam esse puto, cur Ar. ἡγεῖσθαι semper in praesenti coni. ponat, νομίζειν semper in aoristo).

Haec omnia, quae de coniunctivo dixi, in optativo quoque valent, sive coniunctivi vicem gerit (post historicum tempus) sive per se stat (in condicione potentiali). Plura de optativo dabo infra.

Finem faciam disputandi, cum linguam Graecam cum nostra comparavero. In hac re, qua de agitur, nostra lingua cum Graeca mirum quantum congruit: nam ubi Graeci praesenti coni. utuntur, nos futurum speciei diutinae aut praesens ponimus; ubi illi aoristum usurpant, nos quoque futuro speciei non-diutinae uti possumus, ut ὅταν (ἐὰν, ὃς ἄν) λέγῃ = **когда** (**если, кто**) **будетъ говорить, говоритъ**, ὅταν (ἐὰν, ὃς ἄν) εἴπῃ = **когда** (**если, кто**) **скажетъ**. Etiam in eo est similitudo, quod nos, ut Graeci, actionem vel statum contemporaneum specie diutina exprimimus, praecedentem autem actionem statumve, idque maxime in temporalibus enuntiatis, specie non-diutina, cum in ceteris utraque specie uti possimus: veluti aeque dicere possumus: „**если онъ** (vel **кто**) *будетъ жить* **праведно, то получитъ Царство Небесное**“ atque **если онъ** (vel **кто**) *проживетъ* **праведно**, etc. Sane in singulis rebus est ubi a Graecis discrepemus, veluti nos nunquam dicimus „**если ты будешь хотѣть**“, ut Aristophanes, sed, ut Isocrates, „**если ты захочешь**“; plerumque tamen prorsus convenimus.

CAPUT III.

Sententiae condicionales.

Sententiarum condicionalium quattuor formae discerni solent: quarum una (quam logicam sunt qui appellent) in temporum usu libera enuntiata sequitur, altera habet coniunctivum, tertia, quam vocant potentialem, — optativum, quarta, quae irrealis dicitur, — imperfectum aut aoristum ind. aut plusquamperfectum, quibus in apodosi praeteritum cum ἄν respondet. Hanc divisionem nos quoque sequemur, ordine tamen formarum ita mutato, ut primo loco ponantur condiciones, quae coniunctivo enuntiatae sunt, altero — quae optativo, tertio irreales, quarto logicae, — non quod hic ordo usitato melior sit (scio enim meum multo deteriorem esse), sed quia de coniunctivo et optativo sententia exposita quam celerrime ipsos locos, huc pertinentes, volo afferre.

A. Sententiae condicionales coniunctivo enuntiatae.

De coniunctionibus. Solent hae sententiae apud Ar. et prosae orationis scriptores non solo coniunctivo enuntiari, sed adiecta particula ἄν. Haec cum εἰ semper in unam vocem ἐάν vel ἤν coalescit, unde rursus, καί praecedente, κἄν evadit. Praeterea in omnibus libris aliquot locis pro ἤν scriptum est ἄν: Av. 554. L. 901. 902. Th. 154. 1187, quorum in ultimo barbaro Scythae sermoni debetur, in reliquis recte a viris doctis mutatum est in ἤν, quia ἄν pro ἐάν dictum esse videtur in recentiore dialecto Attica ab Aristophaneque esse alienum (quamquam ἄν in uno titulo saeculi V invenitur; v. Meisterh. notam 1709). Pro κἄν aliquot locis, ut A. 717. E. 261. Pl. 196, libri omnes κἤν praebent, quod Blaydesius mirum in modum ubique pro κἄν reponendum censet: sed κἤν ab Attica dialecto abhorrere videtur.

Quae ratio inter formas ἐάν et ἤν apud Aristophanem intercedat, iam alii dixerunt. Petrius quidem de hac re ita disputat (p. 31): „Exemplorum ratio, si numerum spectamus, in omnibus comoediis, tantum abest ut par sit, ut progrediente aetate poetae crescere formae ἤν adhibitae exempla animadvertere liceat“. Haec demonstrare conatur comparando numeros utriusque particulae in duabus

antiquissimis fabulis, Acharnensibus et Equitibus, cum numeris in duabus recentissimis, Ecclesiazusis et Pluto. Attamen si omnes fabulas inter se comparasset, aliter sensisset, opinor. Haec enim est tabula numerorum utriusque particulae in omnibus comoediis:

	A.	E.	N.	V.	P.	Av.	L.	Th.	R.	Ec.	Pl.	Fr.	Summa.
ἐάν.	5	11	3	9	2	9	11	2	5	2	9	1	69
ἤν.	6	14	32	37	15	33	29	18	11	46	25	2	268

Unde patet, ἐάν explere tantum 0,26% eius numeri, quem habeat ἤν. In singulis fabulis inter particulas hae intercedunt rationes:

A.	0,83%	Av.	0,27%
E.	0,78%	L.	0,38%
N.	0,09%	Th.	0,11%
V.	0,24%	R.	0,45%
P.	0,13%	Ec.	0,04%
		Pl.	0,36%

Videsne, quanta sit fluctuatio? Non enim eum ordinem, in quo scriptae sunt a poeta comoediae, sequitur comparativa frequentia particulae ἤν, sed hunc: Ach., Eq., Ran., Lys., Pl., Av., Vesp., P., Thesm., Nub., Ec.

Praeterea, ubi non Attica dialecto utitur Aristophanes, hae particulae inveniuntur: doricum αἴκα: A. 732. 791. 835. E. 201. 210. L. 105, et epicum αἴκε Av. 978. Ita dederunt Meinekeus et Velsenus in exemplaribus suis. Atque in A. 732. 835. Av. 978 illae formae in codicibus leguntur; sed in A. 791 αἴκα a Blaydesio repositum est pro ἀλλ' ἄν et αἰ δ' ἄν codicum: qua coniectura accepta, in tradita scriptura alia quoque mutari necesse est (v. Mein. Vind. p. 14): ut verear, ne sit falsa. Similiter in L. 105 a Meinekeo repositum est dorice καἰκα ᾽κ τᾶς ταγᾶς pro κἄν ἐκ τᾶς ταγᾶς: quod non improbabile videtur, cum praesertim haud longe a codicibus absit. Restant duo loci E. 201 et 210, quorum alter in ementito oraculo, epico sermone composito, legitur, alter in huius interpre-

tatione. Quorum in illo duo tantum codices Ravennas et Parisinus A praebent κα, quinque alii, in quibus duo bonae notae Venetus et Ambrosianus M, habent κε, unus denique Laurentianus Δ κεν. In v. 210 autem omnes codices in κε consentiunt. Idem κε item in oraculo legitur, ut supra dixi, in Av. 978, ubi ab editoribus intactum relictum est. Quare mirum videtur, qui potuerit Meinekeus, Velseno probatus, codicibus repugnantibus, in v. 210 doricum κα, idque vocali correpta, inferre, Etymologici Magni auctoritate confisus, ubi hic versus ita affertur (Mein. Vind. p. 53), cum ipse non ignoraret, alias κα fere produci: nam quod illam scripturam defendi dicit sequentibus τὰ μὲν λόγι' αἰκάλλει με, in quibus manifesta sit ad αἴκα allusio: num minuetur allusio, si αἴκε scripserimus? Sed quid v. 201 faciamus, ubi longa syllaba metro postulatur? Equidem Petrio (p. 61) et Schnaeo (de Ar. codd., p. 16) assentior, qui κεν scribendum censent: nam et epica vox est, et codicibus fere commendatur: nam κε, quod in plerisque exstat, facillime ex κεν, sequente μ oriri potuit. Quod aliqua ex parte scriptura codicis Laurentiani Δ κεν confirmatur, quod tamen, ut in codice neglegenter scripto et duorum correctorum manus experto, ex coniectura natum esse magis crediderim, quam antiquam lectionem servare.

Omnes particularum condicionalium numeri hac tabula comprehenduntur:

ἐάν	69 *
ἤν	268 **
κἄν (=et si)	50
κἄν (=etiamsi)	19
αἴκα et αἴκε	7
ἄν	1
Summa	414

* Horum 3 sunt ἐάνπερ: Av. 205. L. 466. R. 570.

** Horum 8 sunt ἤνπερ: E. 366. N. 536. Av. 539. L. 551. Th. 926. Ec. 353. 1035. Pl. 859.

Secundum genera condicionum et tempora coniunctivi hic numerus ita dividitur:

	Praesens.	Aoristus.	Praes. et aor.	Summa.
Condiciones futurae	152	152	3	307
Condiciones generales	40	36		76
Enuntiata concessiva	14	6		20
Summa.....	206	194	3	403 ***

De coniunctivo nudo et cum particula ἄν *iuncto.* Solent hae sententiae, ut supra dixi, apud Aristophanem et prosae orationis scriptores non solo coniunctivo enuntiari, sed adiecta particula ἄν. Num vero unquam Aristophanes in huiusmodi sententiis nudo coniunctivo usus sit, magna quaestio est. Nam etsi in libris legitur εἰ cum coniunctivo, tamen loci et pauciores sunt et facilius emendantur, quam ut quidquam certi concludi possit. Namque in iis editionibus, quibus usus sum, omnino septem exempla huius constructionis reperi: E. 698—700. P. 450. L. 580—581. Fr. 201. Quorum de singulis haec mihi dicenda videntur:

E. 698—700. Παφ.: οὔ τοι μὰ τὴν Δήμητρά γ', εἰ μή σ' ἐκφάγω ἐκ τῆσδε τῆς γῆς, οὐδέποτε βιώσομαι. Αλλ.: εἰ μὴ 'κφάγῃς μ'; ἐγὼ δέ γ', εἰ μή σ' ἐκπίω. Ita Velsenus, magnam partem ex Ravennate; ceteri septem codices, quos ille contulit, praebent in v. 698 Δήμητρ' ἐὰν (et Δήμητραν ἐὰν M), in v. 700 ἤν. Sed Ravennatis lectio in v. 698 non libera est suspicione vel ob additam γέ particulam: nam „post iusiurandum, inquit Porsonus, qualia sunt νὴ Δία, νὴ τὸν Δία, μὰ Δία, οὐ μὰ Δία, νὴ τὸν Ἀπόλλω et cetera huius modi, numquam sequitur particula γέ, nisi alio vocabulo interpo-

* Differentiae numerorum (414 et 403) ea causa est, quod 11 locis particula condicionalis sine verbo legitur: E. 996. N. 885. V. 930. L. 251; V. 489. Av. 988. L. 939. 1036. Ec. 981. 1097. Pl. 638.

sito“ *. Haec est causa, quare Reisigius, quem sequitur Meinekeus, coniecerit: μὰ τὴν Δήμητρ' ἔτ', εἰ κτλ., quamquam ipse concedit, εἰ et ἦν particulas a librariis nonnunquam permutatas esse. Quod si ita est, quid est cur ceterorum codicum optimae lectioni anteponamus Ravennatis lectionem, bis in uno versu ab Atticorum usu recedentem? „Quem in ipsis Equitibus indignum esse praepotenti ista dignitate, quae ei adhuc a viris doctis addici soleat“, nuper luculentissime demonstravit Schnaeus (De Ar. codd. capp. duo, p. 14) contra Bambergium maxime, uti videtur, qui (De Rav. et Ven. Ar. codd., p. 14) „Veneti auctoritatem in Equitibus longe superari Ravennatis auctoritate“, perperam docuerat. Regnare igitur debet, ut recte idem Schnaeus, in arte critica factitanda sola ratio.

Alter locus est P. 450 κεἴ τις — μὴ ξυλλάβῃ, ἐπὶ τοῦ τροχοῦ γ' ἕλκοιτο, ubi sine dubio scribendum est ξυλλάβοι: nam οι et η saepcenties in libris permutantur, huiusmodi autem sententiae, aptae ex optativo vel alia forma, qua votum indicatur, solent ipsae quoque optativo enuntiari ut in A. 476. E. 694. P. 1072. L. 235. 236. (Fr. 105); Av. 447. Idem in temporalibus et relativis: E. 134. V. 1431. P. 32, qui locus nostro simillimus est: nam hic quoque in libris legitur coniunctivus λάθῃς pro optativo λάθοις, quod iam pridem dedit Reisigius. Maioris etiam momenti ad nostrum locum est P. 437, ubi meliores libri dant optativum (χὤστις — ξυλλάβοι), deteriores coniunctivum (ξυλλάβῃ). Coniunctivum cum ἄν in talibus bis vidi apud Ar. A. 324 et R. 586. Itaque in eo versu, de quo

* Sed nulla lex est sine exceptione, ut est in proverbio. Sunt enim aliquot loci, pauci illi quidem, qui huic legi adversantur: mihi in promptu sunt praeter hunc quattuor: E. 1350 νὴ Δία γ', ubi particula recte remota est. Av. 11 οὐδ' ἂν μὰ Δία γ' ἐντεῦθεν Ἐξηκεστίδης, quod alii alio modo correxerunt, ut Fritzscheus, Meinekeo probatus, μὰ Δι' ἐντετεῦθεν. Th. 225 οὐ γὰρ μὰ τὴν Δήμητρά γ' ἐνταυθοῖ μενῶ, pro quo nunc ex Porsoni coniectura solent edere Δήμητρ' ἔτ' ἐντ. Ec. 748 μὰ τὸν Ποσειδῶ γ' οὐδέποτ', ἀλλὰ βασανιῶ, ubi idem Porsonus verbis transpositis scribit Ποσειδῶ οὐδέποτέ γ' ἀλλά. Sed quantacunque est librariorum in γέ interponendo libido, nefas esse duco istius legis gratia, quae nullam prorsus rationem idoneam habeat, codicum nulla ex parte vituperandam lectionem mutare. Idem sensisse G. Hermannum, ex Engeri ann. ad Th. 225 cognosco. Itaque hanc legem in universum quidem valuisse concedo, semper et ubique observatam nego. Similiter, ut infra videbimus, Ar. εἴ γε et ἵνα γε raro quidem, non tamen nunquam dixit.

agitur, aut κεἰ—ξυλλάβοι legendum, aut κἂν ξυλλάβῃ, quod multo minus probabile est, quia et constructio haec rarior, et concinnitas orationis, ut iam G. Hermannus vidit (Opp. v. 4, p. 101), magis suadet κεἰ, qua voce duae praecedentes sententiae incipiunt.

Tertius locus est L. 580—581 (an.) (ἐχρῆν ξαίνειν εἰς καλαθίσκον κοινὴν εὔνοιαν ἅπαντας) καταμιγνύντας τούς τε μετοίκους κεἴ τις ξένος ἢ φίλος ὑμῖν κεἴ τις ὀφείλῃ τῷ δημοσίῳ καὶ τούτους ἐγκαταμῖξαι, ubi coniunctivos Meinekeus intulit in exemplar suum Bergkio obsecutus pro ἤ et ὀφείλει codicum, cum in verbis ξένος ἢ φίλος, uti videtur, haesisset. Attamen non video, cur vulgata lectio sollicitanda sit: nam ξένος ab ipsa consociatione cum φίλος significationem mutuatur hospitis benevoli, ut nihil fere differat a φίλος: „hospites amicive"; itaque tria genera hominum hic memorantur: motoeci, externi amici, debitores publici. Sed utcunque res se habet, nefas esse puto inusitatam constructionem coniectura inferre. Ceterum „verbi substantivi defectus plurimis exemplis satis defenditur, e quibus, si tanti est, allego V. 891 εἴ τις θύρασιν ἡλιαστής, εἰσίτω" (Petri p. 2).

Quarto loco Fr. 201 εἰ μὴ μεταλάβῃ τοὐπίπεμπτον, κλαέτω nihil efficitur ob id ipsum, quia fragmentum est. Quod vero Kockius ad hunc locum affert Cratini fr. 28. 29, eo peccare mihi videtur vir doctissimus, quod res non comparandas comparat: Cratini enim locus est lyricus, quo ea structura satis excusatur.

Praeterea εἰ cum coniunctivo libri praebent in E. 805 sq. εἰ δέ ποτ' εἰς ἀγρὸν οὗτος (=ὁ δῆμος) ἀπελθὼν εἰρηναῖος διατρίψῃ καὶ χῖδρα φαγὼν ἀναθαρρήσῃ καὶ στεμφύλῳ εἰς λόγον ἔλθῃ, γνώσεται, οἵων ἀγαθῶν αὐτὸν τῇ μισθοφορᾷ παρεκόπτου. Ita fere codices, nisi quod nonnulli διατρίψει, διατρίψοι, ἀναθαρρήσει, ἀναθαρρήσοι, ἔλθοι. Codicum lectionem tenet Bergkius et Kockius; Meinekeus et Velsenus Hirschigii emendationem assumpserunt (in editione Vesparum p. 145); hic „in priore, inquit, versu διατρίψει pro ultima voce legatur, in secundo ἀναθαρρήσει quarta sit vox et in eodem ἐλθὼν ultima sit. Haec futuri constructio cum εἰ, sequente futuro in apodosi, sexcenties recurrit. Tum iungens εἰς λόγον ἐλθὼν cum φαγὼν concinnitati huius versus consules atque omnino sic sententiae verbisque Aristophanicum reddes nitorem". Hanc emendationem ut rectam esse concedam, v. 806 impedior, qui ita scribitur: καὶ χῖδρα φαγὼν ἀναθαρρήσει καὶ στεμφύλῳ εἰς λόγον ἐλθών. Equidem existimo, quamquam pro certo affirmare non audeo, Aristophanem, si

duo participia φαγών et ἐλθών uni verbo ἀναθαρρήσει subiecisset, non solo καί, sed compositis τέ — καί duo membra iuncturum fuisse, ut esset καὶ χῖδρά τε φ. ἀν. καὶ στ. εἰς λ. ἐ.; idque eo magis hic necessarium mihi videtur, quod cum participia illa caesura disiuncta sint, periculum est ne quis alterum membrum cum sequente γνώσεται coniungat. Particularum autem τέ — καί coniunctionis usum, in trimetris iambicis admodum rarum, in ceteris metris esse creberrimum, auctor est Bambergius (1865, p. 17). Quod autem Hirschigius concinnitatem commemorat, sane hoc esset alicuius momenti, si de Isocrate aliove oratore ageretur: at in vulgari sermone eiusmodi inconcinnitates nonne ipsi saepissime admittimus? Sed si quid mutandum, potius εἰ in ἤν mutandum concesserim; sed in anapaestis coniunctivum sine ἄν dici posse ut credam, movet me unus locus, nulli dubitationi obnoxius: Ec. 687 ὅτῳ — τὸ γράμμα μὴ 'ξελκυσθῇ. Quae cum ita sint, vulgata lectio non sollicitanda mihi videtur. — Ceterum, si recte Gildersleeveus (On εἰ with the Future Ind. etc. p. 4) observavit, apud poëtas Atticos εἰ cum coni. significatione accedere ad εἰ cum futuro ind., id in hunc quoque locum quadrat: nam hic isiciarius Cleoni iram populi minitatur, in minitando autem, ut infra ostendam, saepe εἰ cum fut. usurpatur.

Itaque, ut iam de hac re quid sentiam exponam, coniunctivum sine ἄν in enuntiatis condicionalibus (itemque in temporalibus cum πρίν particula et relativis, ut infra ostendam) Aristophani aliisque comoediae scriptoribus, ubi mera incorruptaque dialecto Attica (ut in trimetris) utantur, prorsus abiudicandum esse existimo; ubi vero altius genus scribendi admittant (ut in anapaestis et lyricis partibus), illam structuram non esse ubique temere damnandam, ut hic vel in Cratini fr. 28. 29, quae supra attuli *.

De significatione et usu. ** Sententiarum condicionalium, quae

* Particula ἄν apud coniunctivum in illis enuntiatis similes partes agere mihi videtur atque augmentum in formis verbalibus praeteriti temporis: nam ut augmentum, quod in prisca lingua Indo-Europaeica nondum coaluisse cum ipso verbo novicii illi docent, olim Homeri temporibus et abesse et adesse potuit, ipsa verbi forma praeteritum tempus indicante, postea autem in dialecto Attica non iam omittebatur, ita ἄν particula a coniunctivo olim facile abesse potuit, postea apud Atticos necessaria facta est.

** Obiter moneo sententias condicionales interdum proxime ad temporales accedere, ut N. 992. 1117. 1128. V. 771. 773. Av. 554. 1113, cum is qui loquitur certo scit, id de quo loquitur futurum esse.

coniunctivo cum ἄν enuntiantur, usus duplex est: aut enim ad futurum tempus spectant, aut tale aliquid exprimunt, quod ad quodcunque tempus pertinet (quod igitur in sententia libera indicativi praesenti profertur) atque actionem saepius repetitam indicat. Cave tamen putes, *significatione* quidquam haec duo genera inter se differre: immo vero et particula et verbum suam significationem retinet; sed discrimen hoc totum in ratione sententiarum nititur, et qualis apodosis, talis est protasis, ut si illa ad futurum pertinet, eodem haec spectet; sin illa rem saepius in praesenti repetitam significat, idem haec indicet.

Ceterum a Graecis, opinor, haec duo genera non discernebantur, ut in utroque aliquid futuri inesse iis videretur: quod quo iure dictum sit, paucis, si placet, explicemus.

Ac primum quidem coniunctivus et solus et cum particula ἄν (vel κέν) iunctus semper futuri notione praeditus est, ut apud Homerum fere indicativi futuri vice fungatur. Qua de causa hic quoque sinceram futuri vim habere videtur. Idem analogia nostrae linguae non parum confirmatur: nos enim, ut in futuris condicionibus, sic et in generalibus, ad praesens pertinentibus, futuro speciei non-diutinae aeque utimur, ut „если онъ засмѣется, всѣ засмѣются“, „если онъ засмѣется, всѣ смѣются“. Fac abesse apodosin: protasin omnes ad futurum spectare putabunt. Atque quam finitima et propinqua sint illa genera condicionum, vel inde colligas, quod est ubi haud facile discernas, utrius generis sit condicio, ut L. 472 οὐ χρὴ προσφέρειν τοῖς πλησίοισιν — τὴν χεῖρ'· ἐὰν δὲ τοῦτο δρᾷς, κυλοιδιᾶν ἀνάγκη.

Condicio futura potest non solum coniunctivo cum ἐάν, sed etiam futuro ind. cum εἰ enuntiari; quid sit discriminis inter has constructiones, infra ostendam. Hic autem unum praemonebo, non posse me Gildersleeveo aliisque assentiri, docentibus, ἐάν c. coni. ideo usitatiorem formam esse, quod coniunctivo diutina actio a non-diutina, contemporanea a praegressa distingui possit, futuro non item. Nam, si futurum recentius est, quam praesens et aoristus, ut nunc docent, atque fuit tempus, cum coniunctivus futuri vice fungeretur, quod etiam apud Homerum videmus, sequitur, ut ἐάν (vel εἰ) cum coniunctivo antiquius sit, quam εἰ cum futuro, ideoque, ut saepe fit, cum iam in liberis sententiis futurum in coniunctivi locum successisset, in pendentibus (condicionalibus, temporalibus, relativis) antiquior ratio principem locum obtinere non desierit. Eoque memorabilior res

mihi videtur, quod futurum ibi etiam, quo penetravit, in sententiis condicionalibus et relativis (nam in temporalibus fere non usurpatur) plerumque retinet modalem, quam dicunt, significationem, in qua natum est (= μέλλειν c. inf.). Quod vero dicunt, futuro actionem diutinam a non-diutina distingui non posse, ideoque non satis aptum fuisse ad eius generis enuntiata, ne hoc quidem magni momenti esse puto: nam si in liberis enuntiatis, qualis sit actio, facile intellegitur, quid est cur in pendentibus hoc minus clarum fuisse putemus? nos quidem, cum dicimus „обѣщалъ, грозилъ“ similiaque, nunquam dubitamus, utrius speciei sit verbum; temporis autem nexus, ut supra ostendi, in talibus fere neglegitur.

Restat, ut locos afféram. Qua in re materies in duas partes dividenda mihi videtur, quarum in altera enumerabo condiciones ad futurum pertinentes, in altera eas, quae actionem saepius repetitam significant, quas brevitatis causa „generales“ appellabo. Prioris generis exempla item in duas partes dividuntur: altera continentur ea, quae meram condicionem significant, altera—ea, quae medium quendam locum tenent inter condicionem et indirectam quaestionem, quamquam Goodwinus bis monet (§ 493 et 680), ne quis putet, a coniunctione ἐάν indirectam quaestionem posse duci.

I. CONDICIONES FUTURAE.

In *protasi* condicionum futurarum *aoristum* coniunctivi (quo refero etiam incertas formas ἀποκτείνῃ Av. 1072. 3. 7, κρίνωσι Av. 1102, κρίνητε Av. 1114, κρίνω R. 1415, ὑπεραποκρίνῃ Th. 186, ὑπεκκλίνῃ E. 272) 152 locis invenimus (quorum 146 sunt propriae condiciones, 6 eae, quae ad indirectam quaestionem accedunt), *praesens* (quo refero perfectum ἕστηκα in Av. 554) item 152 locis (quorum 151 sunt prioris, 1 alterius generis); *praesens et aoristus* una 3 locis invenitur. Sine verbo in locutionibus ἐὰν μή („nisi“ = „excepto“) et ἐὰν δὲ μή („sin minus“) 4 locis legitur.

I. Propriae condiciones.

Praesens coniunctivi.

a) In *apodosi* plerumque adest aut intellegitur *futurum ind.*— 87 locis: A. 159. 317. 839. 968. — E. 271. 288. (366). 434. 1019.

1307. — N. 501. 561. 801. 933. 992. 1009. 1015. 1085. 1115. 1117. 1128. 1448. — V. 221. 228. 381. 530. 771. (773). 776. 916. 1057. 1231. 1264. — P. 219. 1187. 1356. — Av. 191. 586. 977. 1111. 1113. 1601. 1610. 1618. 1672. — L. 166. 194. 225. 226. 366. (862). 901. 902. (939). 1036. — Th. 223. 267. 677. 926. 1187. — R. 599. 737. (1135. 1229). 1510. — Ec. 98. 248. 258. 261. 468. 619. (660). 670. 887. (981. 1035. 1097). — Pl. (22. 74). 112. 140. 142. (217). 347. 405. 516. 1188. Eodem pertinet *futurum infinitivi* in or. obl. 3 locis: V. 842. Av. 631. Th. 271, et post μέλλω 1 loco: Th. 792. — b) Praeterea futurum ind. intellegitur, ita ut apodosim aut *pronomen interrogativum* τί vel τί δέ faciat (ubi δράσεις vel ἔσται vel simile audiendum est) 11 locis: V. 524. Av. 1655. L. 157. 162. Ec. 254. 256. 801. 802. 863. 864 1023, aut sola *negandi particula* οὔ vel οὐ δῆτα maneat 5 locis: A. 60. 619. Ec. 668. 669. 856. — c) Porro, *imperativo* efficitur apodosis 13 locis: E. 337. 1386. N. 743. V. 1515. P. 781. Av. 988. 1534. L. (734). 1119. Th. 934. Ec. 420. 1017. — d) *Infinitivus*, ex verbo volendi, debendi similibusque suspensus vel alio modo futuri notionem continens, subiectam habet condicionem 18 locis: A. 39. E. 39. 1311. V. 649. 813. Av. 554. 559. 565. 566. 567. 1598. L. 310. 347. 472. 475. Ec. 1015. Pl. 482. 638. — e) Enuntiationi finali, *coniunctivo* prolatae, subicitur condicio 5 locis: E. 850. V. 816. L. 359. — f) *Optativus cum* ἄν est in apodosi 2 locis: L. 696. Ec. 415. — g) *Praesens ind.*, ex quo futurum cogitatione depromitur, 4 locis invenitur: (E. 276). Av. 568. 604. Ec. 1148. — h) Denique sententia principalis 4 locis *abest*, sive quod facile intellegitur (ut τί δράσεις; vel τί δρῶμεν;): P. 107. L. 160, sive quod is qui loquitur eam dicere impeditus est: Av. 1035. 1050.

In *protasi* praesentis coni. *usus* triplex est: aut 1) diutina actio vel consuetudo indicatur, aut 2) repetita actio, aut 3) conatus vel declinatio aliquid faciendi. Sed cum non omnibus locis praesertim in lingua emortua id certo discerni posset, malui omnes locos una ponere. Ad tertium tamen genus hos locos referre possis: A. 60. E. 337. N. 933. P. 107. Av. 1050. 1534. 1601. L. 310. 347. 359. 1119. Ec. 261. 670. 1023.

Iam afferamus locos *.

A. 39 ἥκω παρεσκευασμένος—λοιδορεῖν τοὺς ῥήτορας, ἐάν τις ἄλλο λέγῃ (repetita actio). 60 οὔ (sc. σιγήσομαι), ἢν μὴ περὶ εἰρήνης γε πρυτανεύητέ μοι. Ita edidit Meinekeus, nescio casu an sciens: nam in omnibus libris scriptis et typis expressis legitur πρυτανεύσητε, quod nulla ex parte reprehendi potest; ipse in ann. cr. de hac re nihil dixit. 159 τούτοις ἐάν τις δύο δραχμὰς μισθὸν διδῷ, καταπελτάσονται τὴν Βοιωτίαν, ubi praesenti διδῷ fortasse etiam repetitio significatur.

317 (tr.) κἄν γε μὴ λέγω δίκαια μηδὲ τῷ πλήθει δοκῶ, ὑπὲρ ἐπιξήνου θελήσω—λέγειν, quo loco, ut aliis, 'θελήσω scribendum recte censet Bachmannus Coni. p. 71 sq. Praeterea hoc versu Rav. habet λέξω, quod multi receperunt. Utrum praeferendum sit, difficile est dictu, cum praesertim sententia loci non satis clara sit. Quae enim temporalis ratio inter enuntiata intercedit? aut quando Dicaeopolis volet (ne „vult“ quidem) super truncum lanionium verba facere? Profecto, non cum *dixerit*, quae choro non iusta videbuntur, sed ea ipsa, quae choro non iusta videri possunt, vult super truncum lanionium dicere, ut et per se patet et e vv. 355—6, 365—7 apparet. Quae cum ita sint, vix aptus est aoristus λέξω, siquidem hoc coniunctivo et infinitivo λέγειν eadem actio significatur. (Cf. similes locos, ubi actio pendentis enuntiati, quae eadem est ac primarii, cuius actio diutina est, praesenti coni. effertur: P. 651. R. 737). Attamen, fateor, ne ita quidem sententiam intellego. Nam, si statim ab initio super truncum lanionium dicturus est, futilis est condicio κἄν—δοκῶ: nec enim prius chorus iudicare poterit, iustane dixerit, quam aut totam eius orationem aut certe partem audiverit. Itaque mihi potius hic anacoluthon latere videtur aut ellipsis unius sententiae; sic enim plene dicendum erat: nisi dixero, quae iusta sunt, neque populo talia videbuntur, morte me multate; quod quo citius facere possitis, super truncum lanionium verba faciam“. Idem video Muellerum sensisse, cum scriberet: „post δοκῶ reticentiam statuendam duco, ac suspicor, Dic. gestu aliquo significare, quod aperte dicere dubitat; deinde ἀσυνδέτως magna vi addit: ὑπὲρ ἐπιξ. κτλ. Asyndetum excusatur maxima animi commotione“ etc. Cf. Bakhuyzen. p. 2 sq.,

* Hic iterum populares meos moneo, ne in omnibus alienam linguam ad suam referrent: sunt enim verba, quorum Graeci diutina specie uti maluerunt, quae nos plerumque aliter dicimus, ut verba dicendi, κελεύειν, διδόναι alia.

qui vv. 317 et 318 transponendos censet *. Quae si ita sunt, et λέγω et λέξω aeque bonum est: utroque enim Ar. in talibus utitur, sed aoristum malim, quippe qui et auctoritate optimi codicis defendatur et facilius in praesens ob proximum δοκῶ transire potuerit quam contra: haud raro enim „poeta variavit, librarii variata exaequarunt", ut ait Heimsoethius (Ind. lect. Bonn. aest. 1867, p. 6). Simile factum est in Pl. 1041, ubi R praebet στεφάνους—καὶ δᾷδας, ceteri στέφανον—καὶ δᾷδ', cum Ar. στεφάνους—καὶ δᾷδ' scripsisse videatur (v. Bamberg. 1885, p. 22. Bachmann. Philolog. V Suppl. p. 242).

619 οὐ δῆτ' (sc. ἀνασχετὰ ταῦτα), ἐὰν μὴ μισθοφορῇ γε Λάμαχος. 835 (Megar.) πειρῆσθε—παίειν—τὰν μᾶδδαν (libri μάζαν), αἴκα τις διδῷ, ubi praesenti repetitio quoque indicatur. 839 (lyr.) κἂν εἰσίῃ τις Κτησίας,—οἰμώζων καθεδεῖται. 968 ἦν—ἀπολιγαίνῃ, τοὺς ἀγορανόμους καλῶ.

E. 39 ἐν — αὐτοὺς παραιτησώμεθα ἐπίδηλον ἡμῖν τοῖς προσώποισιν ποιεῖν, ἢν τοῖς ἔπεσι χαίρωσι, quod Brunckius (itemque Ribbeckius) non recte vertit: „rogemus, manifestum ut nobis voltu faciant, *an* sermonibus nostris delectentur": nam hoc significatu (de quo et supra dictum est et infra dicetur) particula ἐάν nisi de actione primariam sequente dici non potest. Verte igitur: „si — delectabuntur". Ceterum praesenti coni. repetitio quoque fortasse indicatur.

271—2 (tr.) ἐὰν ταύτῃ γε νικᾷ, ταυτῃὶ πεπλήξεται· ἢν δ' ὑπεκκλίνῃ γε δευρί, πρὸς σκέλος κυρηβάσει. De hoc loco obscuro etsi nihil certi proferre possum, tamen quid de aliorum explicationibus sentiam, exponere placet. Ad ταύτῃ et ταυτῃί Kockius πάλῃ audiri iubet. Sed obstant, opinor, verba ταυτῃί et δευρί: nam „constanter Ar. pronomina demonstrativa quae exeunt in — ί usurpavit de eis quae *sensibus* percipiantur, aut de rebus vel personis, quae praesentes versantur ante *oculos* spectantium, aut de eis quae dicta sunt

* Cum Bakhuyzeno facit Schnaeus (de Ar. manuscriptis, p. 12): „Ego vero, inquit, v. 317 post v. 318 collocandum censeo. Cuius rei indicia mihi videntur esse et καί (v. 318), in quo interpretando laboraverunt viri docti, et futurum [sic!] λέξω codicis Ravennatis, quod versibus permutatis rectissime se habet. Facilime fieri potuit, cum propter eundem utriusque versus (317 et 318) exitum v. 318 excidisset, ut alieno loco insereretur" etc. Mihi vero istud καί traditusque versuum ordo rectissime se habere videtur, si anacoluthon, ut dixi, inesse statuas. Indignanti enim choro, num etiam *pro* hostibus verba facere ausurus sit, D. ea quae dixit magis etiam confirmat: „Sane, inquit, audebo: *atque* si non iusta erunt, quae dicam, capitis poenam subire paratussum".

ab actoribus, audita a spectantibus“ (Bachmann. Coni. p. 136). Quae si ita sunt, ad ταυτηί nequit audiri πάλη, quae cum nondum fiat, *animo* solo percipi potest. Neque magis illud πάλη ad ταύτῃ audiri potest, quippe quod aperte adverbio δευρί opponatur. Restat igitur, ut ταύτῃ de loco intellegatur; ac de duabus chori partibus ταύτῃ et δευρί accipi vult Zielinskius (Gliederung d. Att. Kom. p. 268); ταυτηί autem Herwerdenus (Hermes, v. 24, p. 608) „hac dextra“ intellegendum recte vidit, pro qua interpretatione facere videri ait substantivum τὸ σκέλος in sequenti versu oppositum: nam ἡ ἀπὸ χειρῶν et ἡ ἀπὸ σκελῶν πάλη significari videtur. Eodemque modo locum intellegebat unus de scholiastis, qui haec annotavit: τὰς χεῖρας δείκνυσιν. ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν παλαιόντων. διό, φασὶ, καὶ τὸ κυρηβάσει. Quod autem Herwerdenus νικᾷ et ὑπεκκλίνῃ de *conatu* accipienda censet, hoc viro doctissimo non assentior de νικᾷ saltem: nam apud Ar. quidem hoc verbum et similia κρατῶ, ἥττῶμαι (in coni., ind., partic.) *perfecti* notionem habere solet „victor sum, victus sum“, ut in *coni.*: E. 276. N. 1211. V. 581. 1515. R. 792. Pl. 482; *ind.*: A. 626. N. 894. (Pl. 184), quo addendus est *inf.* in or. obl. V. 726; *partic.*: E. 568. P. 769. Pl. 585. 589. De ὑπεκκλίνῃ autem non liquet, praesens an aoristus sit. Totum igitur locum ita verterim: „si hic vicerit (vel victor erit), hace (dextra, manu) ferietur (aut fortasse „victus erit“, ut accuratius vis futuri exacti reddatur); sin huc declinabit (vel declinaverit), in crus cornua impinget“.

276 (tr.) ἐὰν μὲν τόνδε νικᾷς τῇ βοῇ, τήνελλά .σοι· (ἢν δὲ κτλ.), ubi μὲν τόνδε pro μέντοι γε codicum protulit Porsonus, τήνελλά σοι pro τήνελλος εἶ Kockius.

288 (tr.) διαβαλῶ σ', ἐὰν στρατηγῇς. 337 (tetr. iamb.) ἐὰν — μὴ ταύτῃ γ' ὑπείκῃ, λέγε „si cedere noluerit“. 366 (tetr. iamb.) κἀμὲ (sc. ἐξέλξεις),—ἥνπερ γε τοῦτον ἕλκῃς. 434 (tetr. iamb.) ἐάν τι παραχαλᾷ, τὴν ἀντλίαν φυλάξω. 850 (tetr. iamb.) ἵν' ἢν σὺ βούλῃ τὸν ἄνδρα κολάσαι,—σοὶ τοῦτο μὴ 'γγένηται. 1019 (hex.) κἂν μὴ δρᾷς (libri δρᾷ) ταῦτ', ἀπολεῖται. 1307 (tr.) ἐάν με χρῇ (libri χρὴ),—σαπεῖσα—καταγηράσομαι. 1311 (tr.) ἢν—ἀρέσκῃ ταῦτ' Ἀθηναίοις, καθῆσθαί μοι δοκεῖ, ut Bentleius optime coniecit pro Ἀθηναίοισι et δοκῶ. Nam quod Meinekeus, Dawesio praeeunte, scripsit καθῆσθ' ἄν μοι δοκῶ, vix aliud quidquam significare potest, nisi „puto me sedere posse“, quod a sententia loci abhorret; consilium autem aliquid fa-

ciendi aut personali δοκῶ cum inf. futuri, aut impersonali δοκεῖ cum inf. praes. vel aor. exprimitur. V. Meinek. Vind. p. 67. Blaydes. ann. cr. ad Ach. 694, qui multa huiusmodi exempla congessit. Similiter in Pl. 1187 male Velsenus aliique e codicibus ediderunt καὐτός μοι δοκῶ—καταμένειν; scribendum καταμενεῖν.

1386 κἄν που δοκῇ σοι, τοῦτον ὀκλαδίαν ποίει (repetita actio).

N. 501 ἦν ἐπιμελὴς ὢ καὶ προθύμως μανθάνω, τῷ — ἐμφερὴς γενήσομαι; 561 (v. Eupol.) ἦν — ἐμοὶ — εὐφραίνησθε, εἰς τὰς ὥρας τὰς ἑτέρας εὖ φρονεῖν δοκήσετε. 743 κἂν ἀπορῇς τι τῶν νοημάτων, ἀφεὶς ἄπελθε. 801 ἦν δὲ μὴ θέλῃ (potius 'θέλῃ), οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἐξελῶ 'κ τῆς οἰκίας. 933 (an.) κλαύσει, τὴν χεῖρ' ἣν ἐπιβάλλῃς. 992 (an.) κἂν σκώπτῃ τίς σε, φλέγεσθαι (sc. ἐπιστήσει) (repetita actio). 1009 (an.) ἦν ταῦτα ποιῇς — καὶ πρὸς τούτοις προσέχῃς τὸν νοῦν, ἕξεις — στῆθος λιπαρόν. 1015 (an.) ἦν δ' ἅπερ οἱ νῦν ἐπιτηδεύῃς, — ἕξεις χροιὰν ὠχράν. 1085 ἦν εὐρύπρωκτος ᾖ, τί πείσεται κακόν; 1115 (tr.) ἃ κερδανοῦσιν, ἢν τι τόνδε τὸν χορὸν ὠφελῶσι. 1117 (tr.) ἦν νεᾶν βούλησθε — τοὺς ἀγροὺς, ὕσομεν (repetita actio). 1128 (tr.) κἂν γαμῇ, — ὕσομεν (repetita actio). 1448 (dim. iamb.) ταῦτ' ἦν ποιῇς, οὐδέν σε κωλύσει σεαυτὸν ἐμβαλεῖν εἰς τὸ βάραθρον.

V. 221 ἢν δέῃ, — αὐτοὺς τοῖς λίθοις βαλλήσομεν. 228 ἐὰν — λίθους ἔχω, πολλῶν δικαστῶν σφηκιὰν διασκεδῶ. 381 (an.) ἦν — ζητῆτόν μ' εἰσκαλαμᾶσθαι, — τί ποιήσετε; 524 (tr.) τί δ', ἢν — τῇ διαίτῃ μὴ 'μμένῃς; 530 (tetr. iamb.) φανεῖ ποῖός τις ὤν, ἢν ταῦτα παρακελεύῃ; 649 v. infra. 771 — 3 ἢν ἐξέχῃ ἕλη κατ' ὄρθρον, ἡλιάσει πρὸς ἥλιον· ἐὰν δὲ νίφῃ, πρὸς τὸ πῦρ καθήμενος (repetitae actiones). 776 ἢν δίκην λέγῃ μακράν τις, οὐχὶ ἀναμενεῖς (actio repetita). 813 προσέστηκεν φακῇ ῥοφεῖν, ἐὰν δέῃ τι (actio repetita). 816 (τὸν ὄρνιν ἐξηνέγκομεν), ἵνα,— ἢν καθεύδῃς, — ἐξεγείρῃ σε (actio repetita).

842 φησὶν — κατηγορήσειν, ἤν τις εἰσάγῃ γραφήν, ubi Bergkius scripsit εἰσαγάγῃ, quod Meinekeus in ann. cr. probavit, quia, opinor, praesens coni. de actione praecedente dictum non ferebant. Quae coniectura, lenissima illa quidem et probabilis, non necessaria est: nam praesenti praecedentem actionem exprimi posse supra ostendi; huius autem verbi species diutina haud raro dicitur, ubi aoristus quoque dici possit, veluti in participio, ut imperativos omittam: A. 957 κἂν τοῦτο κερδάνῃς ἄγων τὸ φορτίον „hoc onere allato", ubi idem Mein. in ann. cr. collato v. 906 proponit ἀγαγών. N. 1212 εἰσάγων σε βούλομαι — ἑστιᾶσαι· similiter apud Thucydidem 4, 47, 2 οἱ στρατη-

γοί, — κατάδηλοι ὄντες τοὺς ἄνδρας μὴ ἂν βούλεσθαι ὑπ' ἄλλων κομισθέντας — τὴν τιμὴν τοῖς ἄγουσι προσποιῆσαι.

916 τίς ὑμᾶς εὖ ποιεῖν δυνήσεται, ἢν μή τι κἀμοί τις προβάλλῃ; (repetitio). 1057 (an.) κἂν ταῦτα ποιῇθ', ὑμῖν δι' ἔτους τῶν ἱματίων ὀζήσει δεξιότητος. 1231 ἐὰν ἀπειλῇ, — ἀντάσομαι (ll. ἄσομαι). 1264 εἴπερ — ἀποτίσω μηδέν, ἤν τι δρῶ κακόν. 1515 v. infra.

P. 107 ἐὰν δὲ μή σοι καταγορεύῃ; (sc. τί δράσεις;). Ita scripsit Meinekeus Cobetum secutus; codices praebent καταγορεύσῃ, quem aoristum Cobetus ab antiquo sermone recte abiudicat (Var. Lect. p. 36 sq.), cui fere assentitur Rutherfordius in Novo Phrynicho p. 333 atque etiam Veitchius p. 11 de oratoribus quidem (quo comicos quoque referre debebat).

219 ἥξουσι, — ἢν ἔχωμεν τὴν Πύλον. 781 (lyr.) ἤν — σε Καρκίνος — ἀντιβολῇ — χορεῦσαι, — μήθ' ὑπάκουε (ll. ὑπακούσῃς) μήτ' ἔλθῃς. 1187 ὧν — εὐθύνας δώσουσιν, ἢν θεὸς θέλῃ. 1356 (lyr.) κἂν ξυνέπησθέ μοι, πλακοῦντας ἔδεσθε.

Av. 191 ἢν μὴ φόρον φέρωσιν ὑμῖν οἱ θεοί, — τὴν κνῖσαν οὐ διαφρήσετε (consuetudo). 554 (an.) ἢν (ll. ἂν) τοῦτ' ἐπανεστήκῃ, τὴν ἀρχὴν τὸν Δί' ἀπαιτεῖν (sc. διδάσκω). 559 (an.) ἥνπερ — ἐπίωσ', ἐπιβάλλειν σφραγῖδ' αὐτοῖς (actio repetita). 565—8 (an.) ἢν Ἀφροδίτῃ θύῃ,— φαληρίδι θύειν, ἢν δὲ Ποσειδῶνί τις οἶν θύῃ, νήττῃ πυροὺς καθαγίζειν· ἢν δ' Ἡρακλέει (ll. Ἡρακλεῖ) θύῃσι (ll. θύῃ τις; cf. L. 347), λάρῳ — θύειν·—κἂν Διὶ θύῃ—κριόν, βασιλεύς ἐστ' ὀρχίλος ὄρνις (repetitae actiones), quem corruptum locum alii alio modo sanare conati sunt. 586 (an.) ἢν — ἡγῶνταί σε θεόν, — ἀγάθ' αὐτοῖσιν — παρέσται. 604 (an.) ἢν εὖ πράττωσ', οὐχ ὑγίεια — τοῦτ' ἐστι;

631 (lyr.) κατώμοσα, ἐὰν—ἐπὶ θεοὺς ἴῃς,—μὴ πολὺν χρόνον θεοὺς— σκῆπτρα τἀμὰ τρίψειν. Libri habent ἢν et ἴοις, quorum alterum correxit Meinekeus, alterum Porsonus. Huius emendatio, grammatica lege innixa, certa est: nec enim optativus particulae ἐάν subiectus ferri potest. Meinekei correctio, metri causa facta, ut senarius evaderet, admodum incerta est, quia de ipso metro dissensio est. Nam qui vv. 631—2 senarios esse volunt, in v. 632 quoque accusativos δικαίους ἀδόλους ὁσίους in nominativos mutare coguntur; qui dochmios, tantum ὁσίους expelli iubent. Metrica igitur nihil affert lucis huic loco. Videamus usum loquendi. Ἄδολος de homine dictum semel vidi idque apud Synesium (v. Stephani Thes. v. I, 1, p. 694), apud antiquos de re solum sensu passivo videtur dici, ut Ar. Lys.

169 εἰράναν, Thuc. 5, 18 et 47 σπονδὰς, Pind. Ol. 7, 53 σοφία, Aeschyl. Ag. 95 παρηγορίαις. Eur. Suppl. 1029 αὔραις, Philem. 4, 37 (10) M. φύσιν. (Plat.) Ep. VIII. 355 E γνώμῃ etc. Itaque particulam ἤν et accusativos servandos versusque pro dochmiacis habendos existimo. De formis dochmiorum in his versibus v. Christ. Metr. p. 458 et 460 ed. I.

977 (hex.) κἂν — ποιῇς ταῦτα, — αἰετὸς — γενήσεαι, ubi Cobetus epicum κἦν pro attico κἄν et aoristum ποιήσῃς pro praesenti ποιῇς reponi iubet. Utrumque mihi inutile videtur. Nam si ποιῇς contra Homeri usum contrahere (Krueg. II, 34, 4) et diphthongo correpta Attice dicere potuit, cur κἄν non potuit? Nec ποιήσῃς necessarium esse duco. Nam quamquam ποιῇς de una actione eaque antecedente primariam dictum est, tamen cum aliter illa doctrina admodum lubrica est, ut supra vidimus, ut saepe praeter exspectationem praesens ibi inveniamus, ubi nobis quidem aoristus aptior videtur, tum in versu epico praesens eo magis excusatur, quod poesis epica actionem, ut ita dicam, depingere durantemque facere solet.

988 (hex.) φείδου μηδὲν μηδ' αἰετοῦ ἐν νεφέλῃσιν, μήτ' ἦν Λάμπων ἢ μήτ' ἦν — Διοπείθης. 1035 ἐὰν — ἀδικῇ (sententia primaria non prolata est). 1050 ἐάν — τις ἐξελαύνῃ τοὺς ἄρχοντας καὶ μὴ δέχηται (apodosis non prolata est). 1111 (tr.) κἂν — ἁρπάσαι βούλησθέ τι, — ἱερακίσκον — ὑμῖν δώσομεν (repetita actio). 1113 (tr.) ἦν — δειπνῆτε, πρηγορῶνας (ll. πρηγορεῶνας; v. Rumpel. in Philologi v. 28, p. 433) ὑμῖν πέμψομεν (repetita actio). 1534 μὴ σπένδεσθ', ἐὰν μὴ παραδιδῷ τὸ σκῆπτρον ὁ Ζεὺς — καὶ τὴν Βασίλειάν σοι γυναῖκ' ἔχειν διδῷ. 1598 ἐθέλομεν, — ἐὰν τὸ δίκαιον — ἐθέλητε ὁρᾶν, σπονδὰς ποιεῖσθαι, ubi τὸ pro τι codicum e scholiastae interpretatione reposuit Elmsleius, ne anapaestum enclitica ordiretur (v. Bernhardi. p. 262). Nec tamen haec lectio omni suspicione libera est, cum in sequenti versu legatur pluralis τὰ δὲ δίκαι' ἐστὶν ταδί. Quare fortasse cum Blaydesio reponendum τὰ δίκαιά γ'.

1601 κἂν (ll. καὶ) διαλλαττώμεθα ἐπὶ τοῖσδε, τοὺς πρέσβεις ἐπ' ἄριστον καλῶ. Hic videtur esse sensus praesentis διαλλαττώμεθα „si inter nos conveniet", h. e. „si iam in eo erit, ut pacem faciamus"; quo differt ab aoristo διαλλαχθῆτε L. 900.

1610 ἐὰν — τοὺς ὄρνις ἔχητε συμμάχους, — ὁ κόραξ — τοὐπιορκοῦντος — ἐκκόψει τὸν ὀφθαλμόν. 1618 ἐάν τις, — ἱερεῖον — εὐξάμενος, εἶτα

διασοφίζηται — καὶ μἀποδιδῷ (ll. μὴ 'ποδιδῷ) μισητίᾳ (ita Suidas; ll. μισητίαν), ἀναπράξομεν καὶ ταῦτα (repetita actio). 1655 τί δ', ἢν ὁ πατὴρ ἐμοὶ διδῷ τὰ χρήματα; 1672 ἢν μεθ' ἡμῶν ᾖς, — ὀρνίθων παρέξω σοι γάλα.

L. 157 τί δ', ἢν ἀφίωσ' (ll. ἀφίωσιν) ἄνδρες (ll. ἄνδρες) ἡμᾶς; (repetita actio). 160 ἐὰν δ'—ἕλκωσιν ἡμᾶς; (sc. τί;). (repetita actio). 162 ἐὰν δὲ τύπτωσιν, τί; (pronomen a libris abest) (repetita actio). 166 οὐδέποτ' εὐφρανθήσεται ἀνήρ, ἐὰν μὴ τῇ γυναικὶ συμφέρῃ. Codices habent ἀνήρ, quod cum de viro quolibet dictum sit, articulo facile carere potest: „nullus vir voluptate fruetur, nisi mulieri (quacum rem habebit) simul iucundum erit." Cf. Fuller. p. 51.

194 ἢν βούλῃ, φράσω. 225 et 226 ἐάν — με — βιάζηται, — κακῶς παρέξω (actio repetita). L. 310 (tetr. iamb.) κἂν μὴ — τοὺς μοχλοὺς χαλῶσιν αἱ γυναῖκες, ἐμπιμπράναι (ll. ἐμπιπράναι; v. Kock. ad Av. 1310) χρὴ τὰς θύρας.

347 (lyr.) σὲ καλῶ ξύμμαχον, — ἤν τις ἐκείνας ὑποπίμπρῃσιν (ll. meliores ὑποπίμπρησιν) ἀνήρ, φέρειν ὕδωρ μεθ' ἡμῶν. Offendit hic Reisigius aliique in coniunctivo ὑποπίμπρῃσι; sed in lyrico carmine antiqua forma ferri potest. (Cf. Av. 567). V. Veitch. p. 537.

359 (tetr. iamb.) ὅπως ἄν, ἢν προσφέρῃ τὴν χεῖρά τις, μὴ τοῦτό μ' ἐμποδίζῃ. 366 (tetr. iamb.) τί δ', ἢν σποδῶ τοῖς κονδύλοις, τί μ' ἐργάσει τὸ δεινόν; 472 (tetr. iamb.) ἐὰν — τοῦτο δρᾷς, κυλοιδιᾶν ἀνάγκη. 475 (tetr. iamb.) ἐπεὶ θέλω (potius 'θέλω) — σωφρόνως — καθῆσθαι, — ἢν μή τις — βλίττῃ με κἀρεθίζῃ. 696 (tr.) οὐχ — ὑμῶν φροντίσαιμ' ἄν, ἢν — ζῇ Λαμπιτώ. 734 ἢν τοὐτου δέῃ (sc. ἓα ἀπολέσθαι τἄρια). 862 (δώσω,) ἢν βούλῃ γε σύ.

901—2 Κιν.· ἢν (ll. ἄν) δοκῇ, ποιήσομεν καὶ ταῦτα. — Μυρ.· ἢν (ll. ἄν) δοκῇ, — ἄπειμ' ἐκεῖσε. Male utrumque Brunckius vertit „si tibi ita placet": nam ἢν δοκῇ ad futurum spectat; neque tamen „si tibi ita placebit" verti potest: non enim Myrrhina coniugis voluntati obtemperatura est; sed agitur de populi scito, ut ex v. 951 ὅπως — σπονδὰς ποιεῖσθαι ψηφιεῖ patet. Verte igitur: „si ita populus iusserit, hoc quoque faciemus"; — „si populus iusserit (bellum componi), ego quoque domum redibo, nunc autem (h. e. priusquam pacem faciatis) quin redeam iureiurando teneor".

939 (μυριῶ σε,) ἤν τε βούλῃ γ' ἤν τε μή. (Eadem locutio in L. 1036. Ec. 981. 1097. Pl. 638). 1036 (tr.) φιλήσω, — ἤν τε βούλῃ γ' ἤν τε μή. 1119 ἢν μὴ διδῷ τὴν χεῖρα, τῆς σάθης ἄγε.

Th. 223 ἐμβαλῶ σοι πάτταλον, ἢν μὴ σιωπᾷς. 267 ἢν λαλῇς, — ὅπως τῷ φθέγματι γυναικιεῖς.

271 οὔκ (sc. βαδιοῦμαι), ἤν γε μὴ ὀμόσῃς ἐμοὶ — συσσώσειν ἐμέ, — ἢν μοί τι προσπίπτῃ κακόν. Codices περιπίπτῃ, quod quia de homine dicitur, in malum incidente, non de ipso malo, quod alicui accidit, (quod dicitur προσπίπτειν), recte videtur Herwerdenus lenissima coniectura soloecismum removisse, quamquam palaeographice vix ista confusio explicari potest, ut colligo ex Bastii Comm. pal. p. 838.

677 (lyr.) κἂν μὴ ποιῶσι ταῦτα, τοιάδ' ἔσται.

926 οὐ γὰρ προδώσω οὐδέποτέ σ', ἥνπερ ἐμπνέω. Ita edidit Velsenus aliique de coniectura Elmslei, qui codicum verba (σ' οὐδέποτ') transposuit, quod in senariis comicis rarissime anapaestum incohet ἄν, γάρ, δέ, μέν, ἄρα aut ulla enclitica. Quae lex, quamvis vera sit, ad hunc locum similesque non pertinere mihi videtur: nam in οὐδέποτε et μηδέποτε illa tria οὐ (μή) δέ ποτέ adeo inter se coaluerunt, ut prorsus pro partibus unius vocis habeantur. Accedit, quod incisio anapaesti in secundo et quarto pede, etiamsi fortior interpunctio post elisionem intercedit, nihil offensionis habet, ut Bernhardius docet (p. 279) multa huiusmodi exempla afferens, in quibus duo sunt nostro simillima: Ec. 1011 κοὐκ ἂν πιθοίμην οὐδέποτ'. — ἀλλὰ νὴ Δία et Ec. 1075 ὡς οὐκ ἀφήσω σ' οὐδέποτ'. — οὐδὲ μὴν ἐγώ, quos locos Meinekeus, cum in Th. 926 Elmsleio obsecutus esset, sibi non constans intactos reliquit, Velsenus autem, violentius grassatus, omnium librorum auctoritate neglecta, ne ab his quidem manum abstinuit.

934 παῖ', ἢν προσίῃ τις (repetita actio). 1187 (Scythes) κλαῦσί (ll. κλαυσεῖ et κλαυσῖ) γ', ἂν μὴ 'νδον μένῃς.

R. 599 (lyr.) ὅτι, — ἢν χρηστὸν ᾖ τι, τοῦτ' ἀφαιρεῖσθαι πάλιν πειράσεταί μ' εὖ οἶδ' ὅτι. 737 (tr.) ἐξ ἀξίου — τοῦ ξύλου, ἤν τι καὶ πάσχητε, πάσχειν τοῖς σοφοῖς δοκήσετε. 792 κἂν μὲν Αἰσχύλος κρατῇ, (ἔμελλεν) ἕξειν κατὰ χώραν· εἰ δὲ μὴ κτλ. 1135 ἐὰν πείθῃ γ' ἐμοί (sc. σιωπήσει). 1229 ἐὰν πείθῃ γ' ἐμοί (sc. ὠνήσει). 1510 (an.) κἂν μὴ ταχέως ἥκωσιν, ἐγὼ — αὐτοὺς — κατὰ γῆς ταχέως ἀποπέμψω.

Ec. 98 ἢν — ἐγκαθεζώμεσθα πρότεραι, λήσομεν. 248 ἢν Κέφαλός σοι λοιδορῆται, — πῶς ἀντερεῖς πρὸς αὐτόν;

254 Γυνή· τί δ', ἢν Νεοκλείδης — σε λοιδορῇ; Πρα.· τούτῳ μὲν εἶπον εἰς κυνὸς πυγὴν ὁρᾶν. De vi aoristi εἶπον multos dubitare video, cum sensus futurum requirat Qua de causa Brunckius ex interpolato

codice B, qui habet τούτῳ μὲν εἶποιμ', dedit τούτῳ μὲν ἂν εἶποιμ', iure ab Elmsleio (ad Med. 267) improbatus propter anapaestum, credo. Eodem vitio laborat Bentlei τούτῳ μὲν ἂν εἶπον, et quod de futuro dici non potest. Sed nihil opus est coniecturis. Aoristus pro futuro positus est, ut vidit Elmsleius l. l., qui tamen nullo exemplo sententiam suam confirmavit. At simillimus est locus in eadem fabula v. 772 ἀλλ' ἰδὼν ἐπειθόμην, ubi G. Hermannus (Opp. v. 2, p. 75) particulam ἄν ironice omissam esse putat — parum recte, ut mihi quidem videtur: nam ἰδὼν ἐπειθόμην (ἄν) idem est atque εἰ εἶδον, ἐπειθόμην ἄν: quod hoc quidem loco ad futurum spectare non potest, sententia autem futurum requiritur: nam homines tantummodo *parati sunt* bona sua ferre (v. 771). Eadem de causa reiciendum est ἰδὼν ἐπιθόμην ἄν, quod Brunckius coniecit. Restat igitur, ut ἐπειθόμην et εἶπον per figuram rhetoricam pro futuro dictum esse putemus. Similiter nos dicimus: „такъ я этому сейчасъ и повѣрилъ", pro „повѣрю".

256 τί δ', ἢν ὑποκρούωσίν σε; 258 ἐκεῖνο μόνον ἄσκεπτον, ἢν σ' οἱ τοξόται ἕλκωσιν, ὅ τι δράσεις. 261 ἢν αἴρωσ', ἐᾶν κελεύσομεν. 415 ἢν — παρέχωσι τοῖς δεομένοις οἱ κναφῆς χλαίνας, — πλευρῖτις ἡμῶν οὐδέν' ἂν λάβοι ποτέ (repetitio). 420 ἢν — ἀποκλῄῃ (ll. ἀποκλίνῃ) τῇ θύρᾳ, — τρεῖς σισύρας ὀφειλέτω (repetitio). 468 ἢν δὲ μὴ δυνώμεθα, ἄριστον οὐ δώσουσι (actio repetita). 619 (an.) πῶς ἡμᾶς,— ἢν ταῖς αἰσχραῖσι συνῶμεν, οὐκ ἐπιλείψει τὸ πέος; (actio repetita). 660 (an.) (δίκαι ἔσονται,) ἤν τις ὀφείλων ἐξαρνῆται.

668—9 (an.) Πρα.· οὔκ (ἀποδύσουσιν), ἢν οἴκοι γε καθεύδῃς. Βλε.· οὐδ' ἢν γε θύραζ' ὥσπερ πρότερον; (repetita actio). In his Velsenum probo, quod v. 669, Dobraeum secutus, Blepyro dedit et θύραζε intactum reliquit. Sed quid hic audiendum sit, dubitatur. Solum καθεύδῃς audiri profecto non potest, quod θύραζε motum significat. Blaydesius intellegi vult καθεύδῃς ἰὼν „si foras egressus dormies". Sed ne hoc quidem mihi placet. Nam haec in eo dici possunt, qui, domo egressus cubitum foris fortasse caloris evitandi causa, qui solet aestate in aedibus esse, in via apud ipsum domicilium suum ostiumque recumbit; quod quia ante fieri non potuit, cum in ipsa urbe tot latrones essent (cf. v. 544), ad verba ὥσπερ πρότερον („ut ante despoliabant") non convenit et a verbis ἢν ἀποδύῃ γ', αὐτὸς δώσει discrepat, quoniam dormiunt veste deposita. Isdem de causis Meinekei θύρασ' parum probabile videtur. Itaque mihi

potius ἴω vel ἐξέλθω solum supplendum videtur: latrones enim non modo dormientes, sed etiam vigilantes, ut Euelpidem in Avibus, noctu veste despoliabant: quod sibi, cum aliquo noctu proficiscatur, ut ante, ne accidat, Blepyrus metuit. De omissione verbi ἰέναι v. Kock. ad Eq. 193 et Kr. 62, 3, 1. Ceterum de h. l. vide Herwerdenum in Hermae v. 24, p. 632.

670 (an.) ἢν — ἀποδύῃ γ', αὐτὸς δώσει. 801 ἢν δὲ κρείττους ὦσι, τί; 802 ἢν δὲ πωλῶσ' αὐτά, τί; 856 οὐ δῆτ' (sc. βαδιεῖ ἐπὶ δεῖπνον), ἢν γ' ἐκείναις νοῦς ἐνῇ. 863 ἢν δὲ μαστιγῶσι, τί; 864 ἢν δὲ καταγελῶσι, τί; 887 ἢν τοῦτο δρᾷς, ἀντάσομαι. 981 ἤν τε βούλῃ γ' ἤν τε μή (sc. βινήσεις με). 1015 ἔδοξε ταῖς γυναιξίν, ἢν ἀνὴρ νέος νέας ἐπιθυμῇ, μὴ σποδεῖν αὐτήν (repetita actio). 1017 ἢν δὲ μὴ θέλῃ (potius 'θέλῃ) — προκρούειν, ἀλλ' ἐπιθυμῇ τῆς νέας, ταῖς πρεσβυτέραις γυναιξὶν ἔστω τὸν νέον ἕλκειν (actio repetita). 1023 τί δ', ἢν ἀφαιρῆταί μ' ἀνὴρ τῶν δημοτῶν; 1035 (ὠνήσομαι στεφάνην,) ἥνπερ ἥ γέ που τῶν κηρίνων. 1097 ἐάν τε βούλῃ γ' ἤν τε μή (sc. εὐθεισπεσοῦμαι). 1148 τὸ δεῖπνον αὐτοῖς ἔστ' ἐπεσκευασμένον, — ἢν ἀπίωσιν οἴκαδε.

Pl. 22 (τυπτήσω σε,) ἢν λυπῇς τί με. 74 ἡμεῖς γ' (sc. ἀφήσομεν), ἐὰν βούλῃ γε σύ. 112 ὅσα, παρ' ἡμῖν ἢν μένῃς, γενήσετ' ἀγαθά. 140 οὐκ ἔσθ' ὅπως ὠνήσεται, — ἢν σὺ μὴ — διδῷς τάργύριον. 142 ὥστε τοῦ Διὸς τὴν δύναμιν, ἢν λυπῇ τι, καταλύσεις. 217 κἂν βούλῃ γ', ἐγὼ (sc. διαπράξω). 347 ἔσομαι (sc. πλούσιος), — ἢν θεὸς θέλῃ. 405 ἢν θεοὶ θέλωσι, νῦν ἀφίξεται.

482 τὸ γὰρ αὖτ', ἐὰν ἡττᾶσθε, καὶ σφὼ δεῖ παθεῖν. Libri dant αὐτὸς, αὐτὸ, αὐτό γ', quorum illa duo ferri non posse quivis videt; in tertio anapaestus est vitiosus, qui hoc versus loco ita conceditur, „ut voces anapaestum formantes arte inter sese cohaereant et aut interpunctio aut alia pausa satis distincta post alterum trochaeum intercedat“ (Bernhardi. p. 258) Recte igitur Dindorfius elisione sola versum sanavit. Turbas dedit αὐτό ex antiquo more sine elisione scriptum, unde hiatus evitandi causa reliquae duae lectiones ortae sunt.

516 (an.) ἐθελήσει τίς χαλκεύειν κτλ., — ἢν ἐξῇ ζῆν ἀργοῖς ὑμῖν; 638 πάρεστι χαίρειν, ἤν τε βούλησθ' ἤν τε μή. 1188 καλῶς ἔσται, — ἢν θεὸς θέλῃ.

Aoristus coniunctivi.

a) In *apodosi* adest *futurum ind.* vel intellegitur 79 locis: A. 277. 791. 957. — E. 99. 272. 389. 976. 1358. — N. 77. 536. 591. 945. 1079. 1083. 1087. 1124. 1436. — V. 292. 303. 374. 523. 774. 808. 1351. — P. 102. 122. 169. 317. (364). 951. (1061). 1258. — Av. 53. 167. 183. 205. 342. 393. 723. 978. 1077. (1078). 1086. 1102. 1607. 1642. — L. 39. 569. 740. 774. 1229. — Th. 184. 668. 693. 927. (1166 v. locum). 1167. 1207. — R. 339. 623. 736. — Ec. 123. 209. 239. 618. 642. 655. 799. 800. 1079. (1084). — Pl. 19. 72. 208. 481 (fut. ind. an aor. coni.?). 600. 945. 1053. Fr. 149. Eodem pertinet *futurum infinitivi* in or. obl. 4 locis: E. 210. V. 513. L. 551. 555, aut post μέλλω 1 loco: E. 933, et *participium futuri* 1 loco: Pl. 859. — b) Praeterea futurum ind. intellegitur, ita ut apodosim aut *pronomen interrogativum* τί vel τί δέ faciat (ubi δράσεις vel ἔσται vel simile audiendum est) 6 locis: N. 1445 (v. locum). P. 140. Ec. 799. 800. 803. 862, aut sola *negandi particula* οὔ maneat 6 locis: Av. 440. L. 208. 900. Th. 269. Ec. 1078. Pl. 221. — c) Porro *imperativo* efficitur apodosis 10 locis: A. 732. E. 579. N. 1121. Av. 1114. L. 412. 650. R. (570). 617. 1178. 1517, aut *infinitivo*, qui eius vice fungitur, 2 locis: V. 385. Ec. 1105, aut *coniunctivo*, eadem vi praedito, 1 loco: L. 1055. — d) *Infinitivus*, ex verbo volendi, debendi similibusque suspensus vel alio modo futuri notionem continens, subiectam habet condicionem 15 locis: A. 717. E. 799. 962. 963. N. 1074. 1435. Av. 577. 1073. 1074. L. 767. Ec. 353. Pl. (287). 350. 351. 670. — e) *Optativus* solus est in apodosi 2 locis: A. 324. R. 586. — f) *Optativus cum* ἄν 3 locis: N. 116. L. 527. Pl. 52. — g) *Praesens ind.*, ex quo futurum cogitatione depromitur, 12 locis: A. 417. E. (73). 201. (277). N. 1500. V. 538. (898). Av. 1543. L. 676. Ec. 247. 287. Fr. 100, 3. Eodem pertinet *praesens infinitivi* in or. obl. 1 loco: Pl. 126. — h) Sententia principalis 3 locis *abest*, sive quod facile intellegitur (ut τί δρῶ;): R. 169. 1415, sive quod ab eo qui loquitur de industria, alterius terrendi causa, omittitur: Pl. 468.

In *protasi* usus coni. aoristi triplex est: 1) aut simpliciter actionem ad finem adductam significat, ut nihil aliud nisi ille finis respiciatur, quam speciem *absolutam* appellaverim; qui usus omnium

longe usitatissimus est; 2) aut diutinam actionem, tanquam in unum contractam, qui aor. *complexivus* vocatur, quo hos locos rettulerim: A. 277. E. 799. V. 513; 3) aut denique indicat initium actionis, qui est aor. *incohativus*, quo referri possunt hi loci: Av. 555. 577. 723. 1607. L. 412. 527. 767. Ec. 611. 618. Pl. 126. 221. 494.

Iam afferantur loci.

A. (60 iam supra attuli p. 23). 277 ἐὰν μεθ' ἡμῶν ξυμπίῃς („попьешь"),—ἔωθεν εἰρήνης ῥοφήσει τρύβλιον. Mediam formam ῥοφήσει pro activa codicum ῥοφήσεις restituit Elmsleius, quocum omnes fere consentiunt (v. Rutherford. Nov. Phryn. p. 392 sq.); aliter sentit Veitchius in v.

324 (tr.) ἐξολοίμην, ἢν ἀκούσω. 417 αὕτη—θάνατον, ἢν κακῶς λέξω, φέρει. 717 (tr.) ἔξελαύνειν χρὴ τὸ λοιπὸν κἂν (ll. κἢν) φύγῃ τις ζημιοῦν. 732 (Meg.) ἄμβατε ποττὰν μᾶδδαν, αἴ χ' εὕρητέ πᾳ. 791 (Meg.) αἴκα παχυνθῇ—ἀναχνοανθῇ θ' ὕστριχι, κάλλιστος ἔσται χοῖρος, de quo loco supra egimus p. 14.

957 κἂν τοῦτο κερδάνῃς ἄγων τὸ φορτίον, εὐδαμονήσεις συκοφαντῶν γ' οὕνεκα, quem locum vulgo in hanc sententiam interpretantur: „lucrum, si quod feceris, id tantum erit, quod a sycophantis non vexabere"; sed praestare videtur Merrii interpretatio: „si hoc sycophanta abducto lucrum feceris, felix eris: non enim Athenis tibi deerunt sycophantae, ut possis, quotquot libebit, hinc domum abducere". *

E. 73 κράτιστ' ἐκείνην ἢν μόλωμεν, quod significare videtur: „optimum est, si illa via (h. e. qua dixisti) fugerimus". In his ἢν a Bergkio profectum est; codices exhibent ἣν R, τὴν ceteri. Sed frustra vulgata lectio tentatur. Nam Bergkii correctio tribus de causis mihi suspecta est: si in codice archetypo fuit ἤν, quid est cur plana lectio facilisque ad intellegendum in multo difficiliorem ac primo aspectu fere ineptam mutata sit? Porro quid est causae quod comicus usus sit poetica voce μόλωμεν? nec enim ad hoc enuntiatum μόλωμεν v. 21 sq. quidquam valere potest. Accedit quod apud Ar. locutionibus κράτιστον (—α) vel βέλτιστον (—α) (ἐστίν) constanter infinitivus apponitur, non sententia condicionalis: κράτ.: E. 30. 80. V. 367.

---

* Anglice: „you may make yourself quite happy, seeing that there is an unlimited supply of them at Athens; and if the importation of one of them pays, you can come back for another".

Pl. 412, βέλτ.: E. 83. (N. 418). L. 34. R. 277. 322. Ne longum faciam, librorum scriptura τήν multo praestabilior mihi videtur Bergkii commento, cum praesertim optimum sensum praebeat: interroganti enim Demostheni: ποίαν ὁδὸν νὼ τρεπτέον καὶ πρὸς τίνα; Nicias respondet: κράτιστ' ἐκείνην τὴν „μόλωμεν" (sc. τραπέσθαι) illa via optimum est proficisci, quam appellasti „μόλωμεν", h. e. via fugae. Ravennatis ἥν videtur a librario substitutum esse, quem offendit articulus verbo adiunctus. Mecum facit R. Schnaeus (De Ar. codd. p. 14).

99 ἢν—μεθυσθῶ, πάντα καταπάσω βουλευματίων. 201 (hex.) κοιλιοπώλησιν - θεὸς—κῦδος ὀπάζει, αἴ κα μὴ πωλεῖν ἀλλᾶντας—ἕλωνται, de quo loco v. p. 15.—210 τὸν—δράκοντά φησι τὸν βυρσαίετον—κρατήσειν, αἴ κα (ll. κε) μὴ θαλφθῇ λόγοις, de quo loco v. p. 15.

272 (tr.) ἦν δ' ὑπεκκλίνῃ γε δευρί, πρὸς σκέλος κυρηβάσει, quem locum iam supra attuli p. 24. Recte hic Velsenus a Ravennate recessit, τὸ σκέλος praebente: nam si κυβηβάσει est μαχήσεται, ut explicatur in Etymologico Magno, et κυρηβασία—ἡ διὰ τῶν κεράτων μάχη, ut dicit scholiasta Aristophaneus et Suida (v. Steph. Thes. v. 4, p. 2141), necesse est Ar. scripsisse πρὸς σκ. Praepositio scholiastae ipsius testimonio fulcitur, haec verba ita explicantis: π ρ ὸ ς τὸ σκέλος μάχεται ἢ διαπεσεῖται. Cf. Schnaeum de Ar. codd. p. 17.

277 (tr.) ἦν δ' ἀναιδείᾳ παρέλθῃ σ', ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς. 389 (tr.) ἐὰν νυνὶ μαλάξῃς αὐτόν,—δειλὸν εὑρήσεις. 579 (tr.) ἦν ποτ' εἰρήνη γένηται καὶ πόνων παυσώμεθα, μὴ φθονεῖθ' ἡμῖν. 799 (an.) τοῦτον δεῖ ποτ' ἐν Ἀρκαδίᾳ — ἡλιάσασθαι, ἢν ἀναμείνῃ. 933 (dim. iamb.) (εὔχομαί σε μέλλοντα) κερδανεῖν τάλαντον, ἢν κατεργάσῃ, σπεύδειν. 962—3 Π α φ. · ἐὰν τούτῳ πίθῃ, μολγὸν γενέσθαι δεῖ σε. Ἀ λ λ. · κἂν γε τουτῳί, ψωλὸν γενέσθαι δεῖ σε. 976 (lyr.) ἥδιστον φάος ἡμέρας ἔσται,—ἢν Κλέων ἀπόληται. 1358 ἐάν τις εἴπῃ—ξυνήγορος,—τοῦτον τί δράσεις τὸν ξυνήγορον;

N. 77 ἦν (=ἀτραπὸν) ἢν ἀναπείσω τουτονί, σωθήσομαι. 116 ἢν—μάθῃς—τὸν ἄδικον—λόγον, οὐκ ἂν ἀποδοίην οὐδ' ἂν ὀβολόν. 536 (v. Eupol.) γνώσεται,—ἥνπερ ἴδῃ, τἀδελφοῦ τὸν βόστρυχον. 591 (tr.) ἢν—φιμώσητε τούτου 'ν τῷ ξύλῳ τὸν αὐχένα,—ἐπὶ τὸ βέλτιον τὸ πρᾶγμα τῇ πόλει συνοίσεται. (De 'ν interiecto dixi in libro meo „De praep. usu Ar." p. 15). 945 (an.) ἢν ἀναγρύξῃ,—ἀπολεῖται. 1074 (tetr. iamb.) τί σοι ζῆν ἄξιον, τούτων ἐὰν στερηθῇς; 1079 (tetr. iamb.) μοιχὸς—ἢν τύχῃς ἁλούς, τάδ' ἀντερεῖς. 1083 (tetr. iamb.)

ἢν ῥαφανιδωθῇ—τέφρᾳ τε τιλθῇ, ἔξει τίνα γνώμην λέγειν τὸ μὴ εὐρύπρωκτος εἶναι; 1087 τί ἐρεῖς, ἢν—νικηθῇς;

1121 (tr.) ἢν—ἀτιμάσῃ τις ἡμᾶς,—προσχέτω τὸν νοῦν κτλ., ubi aor. προσχέτω Bentleio debetur, cum libri praesens προσεχέτω praebeant. Quae fuerit causa mutandi, nescio; puto, ut tribrachum vitaret. Sed cum in hac locutione τὸν νοῦν προσέχειν codices Aristophanei semper praesens exhibeant (v. Kaehleri ann. ad N. 575) neque veteres poetae in tetrametro trochaico dubitaverint uti solutionibus ita, ut eas in iis vocabulis vocabulorumque consociationibus admitterent, quae natura sua plures breves syllabas continerent (G. Hermann. Elem. d. m. p. 85. Rumpel. in Philologi v. 28, p. 429 sq.), idcirco temerariae mihi videntur istae „emendationes".

1124 (tr.) ἢν—πλινθεύοντ' ἴδωμεν, ὕσομεν. 1435—6 (tetr. iamb.) Στρ.· σὺ (δίκαιος εἶ κολάζειν),—ἢν σοι γένηται, τὸν υἱόν. Φει δ.· ἢν δὲ μὴ γένηται, μάτην ἐμοὶ κεκλαύσεται.

1445 (tetr. iamb.) τί δῆτ' ἄν, ἢν—σε νικήσω; Hic locus in codicibus pessime depravatus est: optimi Rav. et Ven. habent δῆτ' ἄν et omittunt ἢν contra sensum; in solo cod. Florentino Δ (v. Kaehleri Nub. p. 205) legitur τί δ' ἢν, quod Aristophanis consuetudini respondet et ab editoribus fere omnibus receptum est: nam sequente ἢν cum coni., si in apodosi praedicatum omissum est, Ar. solet dicere τί δ' itemque οὔ sine ἄν (v. p. 22 et 33); contra, ubi sequitur εἰ cum opt., ἄν additur: τί ἄν, τί δῆτ' ἄν, οὐκ ἄν (v. infra): quapropter vulgata lectio unice probanda est. Similiter δῆτ' etiam contra metrum in v. 1448 in Venetum irrepsit.—1500 v. infra.

V. 292 (lyr.) ἐθελήσεις τί μοι,—ἢν σού τι δεηθῶ; 303 (lyr.) ἢν μὴ τὸ δικαστήριον ἄρχων (ll. ἄρχων R, ὤρχων V sec. Cob.) καθίσῃ νῦν, πόθεν ὠνησόμεθ' ἄριστον; 374 (tr.) τοῦτον,—ἐὰν γρύξῃ τι, ποιήσω δακεῖν τὴν καρδίαν. 385 (an.) ἤν τι πάθω,—θεῖναί μ' ὑπὸ τοῖσι δρυφάκτοις. 513 (tr.) ἐὰν—σιγῶν ἀνάσχῃ καὶ μάθῃς ἀγὼ λέγω, ἀναδιδάξειν οἴομαί σε. 523 (tr.) ἢν—ἡττηθῶ,—περιπεσοῦμαι τῷ ξίφει. 538 (tetr. iamb.) τί—φάθ' ὑμεῖς, ἢν—με—κρατήσῃ; (cf. Mein. Vind. p. 28). 774 κἂν ἔγρῃ μεσημβρινός, οὐδείς σ' ἀποκλήσει θεσμοθέτης τῇ κιγκλίδι. 808 v. infra. 898 θάνατος,—ἢν ἅπαξ ἁλῶ. 1351 ἐὰν γένῃ—μὴ κακὴ νυνὶ γυνή, ἐγώ σ'—ἕξω παλλακήν.

P. 102 οὐκ ἔσθ' ὅπως σιγήσομ', ἢν μή μοι φράσῃς. 122 ἢν δ'—ἔλθω, — ἕξετε — κολλύραν. 140 τί δ', ἢν ἐς — πόντιον πέσῃ βάθος; quo

loco Ar. tragicorum usum dicendi irridet (Bakhuyzen. p. 73). 169 ἤν τι — πάθω, πέντε τάλανθ' ἡ πόλις — ὀφλήσει.

317 (tr.) οὔτι χαίρων ἔστιν αὐτὴν ὅστις ἐξαιρήσεται, ἢν ἅπαξ εἰς χεῖρας ἔλθῃ τὰς ἐμάς, ubi χαίρων Meinekeus scripsit pro καὶ νῦν, „quod nondum exstitit qui probabiliter explicaret" (Vind. p. 42). Quae coniectura eo confirmatur, quod οὔτι, ut observavit Bambergius (1869, p. 10) et Poekelius (Neue Iahrb. v. 137, p. 246) apud Ar. non occurrit nisi in quaestione οὔτι που—; (de qua vide Fritzscheum ad R. 526) et in locutione οὔτι χαίρων (χαιρήσων) A. 563. V. 186. R. 843 (nam in A. 809 in sermone hominis Megarensis οὔτι in οὐκί mutandum Poekelius censet).

364 οὐκοῦν, ἢν λάχω (ἀπολοῦμαι). Hic locus videtur corruptus esse. Nam οὐκοῦν particula nisi affirmandi sensu „sane, profecto" intellegi non potest, quem usum nusquam alibi deprehendi. Dobraei coniectura οὔκ, ἢν μὴ λάχω bona esset, si libris confirmaretur.

951 (lyr.) ἢν Χαῖρις ὑμᾶς ἴδῃ, πρόσεισιν. 1061 ἢν φράσῃς (εἶσομαι). 1258 ἐὰν — μάθῃ λαβὰς ποιεῖν, — ἀποδώσεται.

Av. 53 εἰσόμεθα, — ἢν ποιήσωμεν ψόφον. 167 τοὺς πετομένους ἢν ἔρῃ, — ὁ Τελέας ἐρεῖ. 183 ἢν — οἰκίσητε τοῦτο καὶ φράξηθ' ἅπαξ, — κεκλήσεται πόλις. 205 τοῦ φθέγματος ἐάνπερ ἐπακούσωσι, θεύσονται δρόμῳ. 342 (tr.) πῶς κλαύσει (ll. κλαυσεῖ et κλαύσῃ), — ἢν ἅπαξ γε τὠφθαλμὼ 'κκοπῇς; De futuro dorico quod dicitur v. Rutherford. N. Phryn. p. 91 sq. — 393 (tr.) ἢν — ἀποθάνωμεν, κατορυχησόμεσθα (ll. κατορυχθησόμεσθα) ποῦ γῆς; 440 οὔκ (φράσω), ἢν μὴ διάθωνταί γ' οἵδε διαθήκην ἐμοί. 577 (an.) ἢν — ἡμᾶς (ll. ὑμᾶς) — εἶναι νομίσωσι τὸ μηδέν, — τότε χρὴ στρούθων νέφος — τὸ σπέρμ' ἀνακάψαι „если сочтутъ (и будутъ считать)". 723 (an.) ἢν — ἡμᾶς νομίσητε θεούς, ἔξετε χρῆσθαι μάντεσι μούσαις, de quo corrupto loco v. Mein. Vind. p. 101. — 978 (hex.) αἱ δέ κε μὴ δῷς, οὐκ ἔσει οὐ τρυγῶν. 1073—4 (tr.) ἐπαναγορεύεται· ἢν ἀποκτείνῃ τις — Διαγόραν, — λαμβάνειν τάλαντον, ἢν τε τῶν τυράννων τίς τινα τῶν τεθνηκότων ἀποκτείνῃ, τάλαντον λαμβάνειν. 1077—8 (tr.) ἢν ἀποκτείνῃ τις — Φιλοκράτη, λήψεται τάλαντον, ἢν δὲ ζών τις (ll. ζῶντ') ἀγάγῃ, τέτταρα.

1086 (tr.) ἢν δὲ μὴ πίθησθε, — παλεύσετε. Aor. πίθησθε scribendum censet Dindorfius; codices πείθησθε. Similiter praesens coni. omnium librorum consensus tuetur in R. 1135. 1229 ἐὰν πείθῃ, Th. 1167. Eὐ. 209. 239 ἢν πείθησθε; aoristus, metro quoque postulante, semel exhibetur in E. 962 ἐὰν πίθῃ. Mira inconstantia editores

(Meinekeus et Velsenus) πείθῃ intactum reliquerunt (Dindorfius tamen hic quoque πίθῃ dedit), πείθησθε in πίθησθε ex Cobeti coniectura commutarunt. Cuius rei quae sit ratio, non intellego, sed utramque locutionem et praesenti et aoristo enuntiari potuisse, ex hisce colligere licet. Ἐὰν πίθῃ, praeter Aristophanis locum, quem modo attuli, legitur etiam apud Sophoclem O. R. 321. El. 938. Tr. 570, ubi aoristus metro postulatur; ἢν πείθῃ item metro defenditur in Eur. Hec. 399; ἢν πείθησθε inveni apud Thucydidem 6, 92, 3, nisi quis forte aoristum hic quoque ponere malit, quamquam vulgo putant, formam aoristi medii a prosa oratione fere alienam esse (v. Veitch. in v.). Quae cum ita sint, nihil restat, nisi ut codices sequamur, quaecunque est hac in re eorum auctoritas, omnibusque locis, de quibus agitur, praesens servemus.

1102 (tr.) ὅσ' ἀγάθ', ἢν κρίνωσιν ἡμᾶς, — δώσομεν. 1114 (tr.) ἢν δὲ μὴ κρίνητε, χαλκεύεσθε μηνίσκους. 1543 ἥν γ' ἢν παραλάβῃς, πάντ' ἔχεις. 1607 οὐ — μεῖζον — ἰσχύσετ', ἢν ὄρνιθες ἄρξωσιν κάτω; „si imperare coeperint". 1642 ἢν — ἀποθάνῃ ὁ Ζεύς, — πένης ἔσει.

L. 39 ἢν — ξυνέλθωσ' αἱ γυναῖκες, — σώσομεν τὴν Ἑλλάδα.

140 ἐὰν γένῃ — μετ' ἐμοῦ, τὸ πρᾶγμα σωσόμεσθ' ἔτι. Codicum lectio corrupta est, quorum R praebet πρᾶγμ' ἂν σωσαίμεσθ', ceteri LBCΔ πρᾶγμ' ἀνασωσαίμεσθ' *. Unde Reisigius (Coni. p. 248) et Engerus πρᾶγμα σωσόμεσθ' scripserunt, cum ἀνασωσαίμεσθ' pro metrici cuiusdam correctione haberent; contra Blaydesius πρᾶγμ' ἀνασωσόμεσθ' veram scripturam esse putat: „scilicet, inquit, librarius aliquis, quum ἄν particulam pro ἀνα in composito legeret, indicativum statim in optativum mutavit: inde propagatus error. Infra v. 569 διαλύσαιμεν pro διαλύσομεν exhibent R. Iunt. Similiter ἀμπείσειεν in ἂν πείσειεν corruptum infra 171". Quam ratiocinationem equidem probare non possum: nam eo, quod librarius ἄν pro ἀνα in composito legerit, in R quidem optativus explicatur, in L autem non item: archetypum enim illo vitio nondum laborasse manifestum est: po-

* Consulto omisi scripturam codicis Monacensis (sive Augustani) N πρᾶγμα σωσαίμεσθ', quem Engerus et Velsenus ex Ravennate ductum esse ostenderunt, cuius igitur ratio omnino non habenda est. Similiter BCΔ, quippe quos ex L natos esse verisimillimum sit, in Lysistrata recensenda nihil fere valent; ipse autem L eandem fere vim et auctoritatem exhibet atque Ravennas. Haec ex Kuehnei dissertatione affero.

tius igitur Ravennatis lectionem Blaydesius ita explicare debebat, ut in archetypo olim indicativum ἀνασωσόμεσθ' in optativum ἀνασωσαίμεσθ' transisse, hoc autem postea a librario, ἄν desiderante, in ἂν σωσαίμεσθ' mutatum esse putaret. Sed aliud quoque, tenue illud quidem, non tamen in tali quaestione contemnendum mihi c. Leidensis scripturam suspectam facit: quod Ar., ut Aeschylus et Euripides, simplici σώζειν sescenties utitur, composito isto nusquam. Quae cum ita sint, si comicus hic quoque simplici σώζειν usus est, neque ἀνασωσόμεσθ' Blaydesii recipiendum est, neque ἀνασωσαίμεσθ', quod est in L, aliter explicari potest, nisi quod ex ἂν σωσαίμεσθ' ortum est. Restat igitur, ut particula transposita Aristophanem scripsisse putemus τὸ πρᾶγμα σωσαίμεσθ' ἔτ' ἄν, quod miror nemini in mentem venisse. Scilicet, particula, olim suo loco demota atque ante verbum collocata, in Ravennatem, ut erat, transiit, in Leidensi autem metri causa in ἀνα correcta est. Denique, si cui forte optativus cum ἄν hic parum aptus videbitur, conferat locum simillimum eiusdem fabulae v. 527.

208 οὔκ (ἐάσομεν), ἐάν γε μὴ λάχῃς. 412 ἦν σχολάσῃς, — ἐλθὼν ἐκείνῃ τὴν βάλανον ἐνάρμοσον „si quid otii nactus eris". 527 (an.) ἦν — ἡμῶν — ἐθελήσητ' ἀντακροᾶσθαι, — ἐπανορθώσαιμεν ἂν ὑμᾶς „захотите" (cf. Av. 555); particula ἄν, in R omissa, ex deterioribus petita est.

551—5 (an.) ἥνπερ ὅ τε — Ἔρως — χἡ — Ἀφροδίτη ἵμερον ἡμῶν κατὰ τῶν κόλπων καὶ τῶν μηρῶν καταπνεύσῃ, κᾆτ' ἐντείνῃ τέτανον τερπνὸν τοῖς ἀνδράσι, — οἶμαι — Λυσιμάχας ἡμᾶς — καλεῖσθαι, — ἢν παύσωμεν — ξὺν ὅπλοισιν ἀγοράζοντας. Locus in codicibus corruptus; quem alii aliter emendabant: τέ metri causa a Porsono insertum est, ἐντείνῃ datum a Meinekeo pro ἐντέξῃ vel ἐντήξῃ. Vide eius Vind. p. 127. Sed satis certa emendatio vix reperiri potest.

569 (an.) τὸν πόλεμον — διαλύσομεν, ἤν τις ἐάσῃ. 650 (tr.) τοῦτο μὴ φθονεῖτέ μοι, ἢν ἀμείνω γ' εἰσενέγκω. 676 (tr.) ἢν — ἐφ' ἱππικὴν τράπωνται, διαγράφω (ll. — ψω et - - ψαι) τοὺς ἱππέας.

740 ἢν — ἄρξῃς τοῦδε σύ, ἑτέρα γυνὴ ταὐτὸν ποιεῖν βουλήσεται. Hic ἄρξῃς debetur Cobeto, τοῦδε Reisigio; libri ἄρξῃ omnes et τούτου R, τοῦτο ceteri. Atque Cobeti coniecturam probo: nam et lenissima est, et indole linguae Graecae postulatur, et, ut docet L. Dindorfius (Steph. Thes. v. 1, 2, p. 2132), magna est librariorum in medio huius verbi inferendo temeritas. Apud Aristophanem

enim, ut apud ceteros Atticos (v. Krueg. 52, 8, 7. Madvig. 82, d, n. 2), activum ἄρχω valet „alicuius rei initium, causa, auctor sum“, cum aliquid primus facio (quod alii post me facient); medium autem ἄρχομαι est „incipio, aggredior ad alqd“, cum de nullo alio cogitatur. Atque *activum*, cum genetivo substantivi coniunctum, 3 locis legimus: P. 436 τὴν νῦν ἡμέραν Ἕλλησιν ἄρξαι — ἀγαθῶν. 605 ἦρξεν ἄτης. Av. 1596 ἤρξαμεν πολέμου; cum infinitivo semel, idque in anapaestis, legitur, eodem sensu, ut videtur, quo medium: V. 1029 ἦρξε διδάσκειν; absolute semel legi: L. 998 ἄρχεν (ll. ἀρχὰ μὲν) — Λαμπιτώ, ἔπειτα τἄλλαι — γυναῖκες — ἀπήλαον τὼς ἄνδρας. *Medii* usus frequentior est: cum genetivo 4 locis inveni: (P. 1270 ἀνδρῶν ὁπλοτέρων ἀρχώμεθα). Av. 684 ἄρχου τῶν ἀναπαίστων. L. 1042 τοῦ μέλους ἀρξώμεθα. Th. 1064 ἄρχου γόων; cum infinitivo 7 locis: N. 1351 ἤρξαθ' ἡ μάχη γενέσθαι. 1353 ἠρξάμεσθα λοιδορεῖσθαι. Th. 67 μελοποιεῖν ἄρχεται. 174 ἠρχόμην ποιεῖν. Pl. 968. 1113. 1173 ἤρξατο βλέπειν; absolute bis dictum est: V. 846 ἀφ' Ἑστίας ἀρχόμενος. P. 66 ἤρχεθ' ἡ χολή. Hinc apparet, nostro loco medium ἄρξῃ haudquaquam retineri posse, propterea quod non de initio actionis agatur, sed illa mulier quasi viam monstrare aliis dicatur. Eadem de causa Blaydesii interpretatio, Kuehneo probata (p. 39), repudianda est, cui τοῦτο post verbum ἄρξῃ non offendere videtur, nam intellegi posse δρᾶν vel simile quid. — Sequitur ut de altera huius loci difficultate exponamus atque utrum Reisigii τοῦδε σύ an Bentlei τουτουί praeferendum sit videamus. Utrumque Blaydesius improbat, illud nescio qua de causa, hoc quia, ut videtur, σύ omitti non posse putat. Mihi vero in Reisigii coniectura displicet τοῦδε, quo res ante commemorata significatur; quapropter Bentlei correctionem, quae etiam ad libros propius accedat, praestare existimo. Nam σύ necessarium non esse docet Engerus, quum non dicat Lysistrata ἢν ἄρξῃ τούτου σύ, καὶ ἑτέρα γυνὴ τοῦτο ποιεῖν βουλήσεται, sed τούτου et ταὐτόν vi efferendum esse. Sed magis etiam movet me locus E. 276—7 ἐὰν μὲν τόνδε νικᾷς τῇ βοῇ, τήνελλά σοι· ἢν δ' ἀναιδείᾳ παρέλθῃ σ', ἡμέτερός ὁ πυραμοῦς, ubi nos quidem in priore condicione σύ desideramus, in altera — ὅδε vel simile *. Ceterum Reisigii con-

* Hoc me admonet loci Th. 565 οὐδ' ὡς σὺ τῆς δούλης τεκούσης ἄρρεν εἶτα σαυτῇ—τοῦθ' ὑπεβάλου, τὸ σὸν δὲ θυγάτριον παρῆκας αὐτῇ, ubi Velsenus in textum recepit Fritzschei coniecturam: τὸ σὸν δ' ἐκείνῃ θυγάτριον παρῆκας. Causae mutandi hae sunt: una quod pro αὐτῇ sententia, ut in oppositione, re-

iectura, nisi illo vitio laboraret, defendi posset versu E. 133, ubi codices alii exhibent τοῦτον, alii recte τόνδε.

767 χρησμὸς ἡμῖν ἐστιν ἐπικρατεῖν, ἐὰν μὴ στασιάσωμεν (de scriptura v. Blaydesii ann. cr.) „если мы не поссоримся (и не будемъ въ ссорѣ)“. 774 (hex.) ἦν δὲ διαστῶσιν καὶ ἀναπτῶνται — χελιδόνες, οὐκέτι δόξει ὄρνεον οὐδ' ὁτιοῦν καταπυγωνέστερον εἶναι. 900 οὔκ (βαδιοῦμαι),—ἦν μὴ διαλλαχθῆτέ γε καὶ τοῦ πολέμου παύσησθε. 1055 (lyr.) κἄν ποτ' εἰρήνη φανῇ,—ἂν λάβῃ, μηκέτ' ἀποδῷ (ll. ἀποδιῷ). 1229 ἦν τοὺς Ἀθηναίους — πείσω,—μεθύοντες — πρεσβεύσομεν.

Th. 184 ἐὰν — ὑπεραποκρίνῃ μου,—σώσεις ἐμέ, ubi ὑπεραποκρ. pro praesenti quoque haberi potest. 269 οὔκ (βαδιοῦμαι), ἦν γε μὴ ὀμόσῃς ἐμοί.

668 (lyr.) ἦν γάρ με λάθῃ δράσας ἀνόσια, δώσει—δίκην. Libri μὴ λάθῃ „contra sententiam et metrum“, ut ait Engerus, qui probat Bergkii Fritzscheique correctionem με itaque interpretatur: „Videtur enim qui clam se aliquid fieri vetat, idem coram se fieri iubere, certe non improbare. At ἀνόσια δρᾶν h. l. nihil aliud est quam in Thesmophorium penetrare“. Quis, quaeso, haec intelleget? Ipsi auctores autem, Bergkius Fritzscheusque, de sensu prudenter tacent. Engeri explicationem nisi coniectura assequi non possum: ita locum intellegere videtur, quasi mulieres, ab eo, qui in Thesmophorium clam se penetraverit, poenam se repetituras minitentur, ab eo, qui idem se scientibus fecerit, non repetituras. Quod tam ineptum est, ut vix credam me recte intellexisse. Nec tamen aliter locus cum illa coniectura accipi posse videtur: nam simplicissima eius interpretatio non minus inepta est: „si fugerit me nefarius ille homo, poenas dabit“. Itaque με λάθῃ nullo pacto ab Aristophane profectum existimo. Librorum vero lectio μὴ λάθῃ, quae et Fritzscheo et

---

quirit ἐκείνῃ, altera quod Ar. neque caesuram neglexisse videatur neque duo versus tam simili modo terminasse εἶτα σαυτῇ παρῆκας αὐτῇ. Atque hoc quidem tertium refutare vix attinet (cf. P. 896—7), de altero quod caesura in tetrametro iambico non necessaria est, ad Christii metricam § 377 (edit. I) lectores relego; de pronomine αὐτός autem ipse docebo. Ut in illo Equitum versu, quem supra attuli, pronomina σύ et ὅδε propter oppositionem nobis necessaria videntur, Graecis non necessaria fuerunt, ita hoc loco, ubi oppositio non tam fortis est, αὐτῇ pro ἐκείνῃ dictum facile ferri potest. Qua in re me confirmat locus V. 1419 ἐγὼ γὰρ ὑπὲρ α ὐ τ ο ῦ δίκην δίδωμί σοι, ubi αὐτοῦ et ἐγώ inter se opponi quivis videt. Cf. A. 1061 ἵν' α ὐ τ ῇ δῶ μόνῃ.

Engero sententiae repugnare videtur, meo iudicio bonum sensum praebet: „si quis nefarius, qui nunc latet (v. 664), non fugerit me, poenas dabit“. Sed quoniam haec lectio metrum pessumdat, aliud quidpiam inveniendum est. Non mala est ad sensum quidem Reisigii coniectura (Coni. p. 277) ἢν γὰρ ληφθῇ, sed „a literis procul aberrat“, ut recte vidit Fritzscheus. Ipse tentaverim εἰ γάρ μ' ἔλαθεν in hanc sententiam: „nam si quis clam me in Thesm. penetravit, is (profecto, comprehensus) poenas dabit“: scrutatur enim chorus, num quis forte iam penetraverit, non hoc, num penetraturus sit. Syllabas autem εν et η propter similitudinem notarum in codicibus haud raro confundi auctor est Bastius p. 762.

693 τοῦτο — οὐδέποτε — ψωμιεῖς, ἢν μή μ' ἀφῆτε. 927 οὐ — προδώσω σ',—ἢν μὴ προλίπωσ' (ll. προλείπωσ') αἱ μυρίαι με μηχαναί.

1166—7 ἢν — κομίσωμαι τοῦτον, οὐδὲν μή ποτε κακῶς ἀκούσεσθ'· ἢν δὲ μὴ πίθησθέ μοι,—τοῖσιν ἀνδράσιν—ὑμῶν διαβαλῶ. In his ἀκούσεσθ' est Hirschigii coniectura (in edit. Vesp. p. 155), πίθησθε Dindorfii; codices habent ἀκούσαιτ' et πείθησθε. Ac πείθησθε supra ostendi (p. 38) nihil opus esse in aoristum mutari; iam dicam de Hirschigii emendatione. 'Ακούσαιτ' librorum procul dubio corruptum est: nam in talibus, ubi duplici οὐ μή negandi vis tantum augetur neque vetativa sententia evadit, aut aor. coni. aut futur. ind. dici potest. Utrum igitur hic praeferendum est — ἀκούσεσθ' Hirschigii an ἀκούσητ' Elmslei, ut de barbaro ἀκούσετ' Bentlei aliorumque taceam? Atque iam primo aspectu Elmslei correctio praestare videtur, quippe quae propius ad librorum scripturam accedat: nam saepissime in codicibus αι et η inter se permutari inter omnes constat (cf. Bast. p. 752). Idem cum aliorum tum ipsius comici usu commendatur. Ac de ceteris quidem optime Goodwinus Synt. § 295 et Madvigius Synt. § 123, n. 3 disputarunt eviceruntque aoristi usum in talibus multo frequentiorem esse quam futuri. Idem in Aristophanem quoque cadit. Omnino enim haec constructio in comoediis 12 locis invenitur: ex his 6 locis aoristus secundus positus est neque quidquam dubii relinquit: A. 662 ἁλῶ. V. 394 ἀποπάρδω. P. 1304 ἐπιλάθῃ. Av. 461 παραβῶμεν. L. 363 λάβηται. L. 492 καθέλωσιν. Futurum uno tantum loco certum est: R. 508 περιόψομαι. Reliquis quinque locis, ubi forma sygmatica legitur, etsi pro certo affirmari non potest, futuri ind. an aoristi coni. sit, tamen librorum lectio fere aoristum commendat, ut Vesp. 612 (si recte κοὐ pro καί

restitutum est) δεήση RV secundum Bekkerum, δεήση V sec. Cobetum; P. 1039 παύση S (Venetus 475), sed παύσει RV; P. 1226 ποιήση S, ποιήση V, ποιήσω R; L. 704 παύσησθε omnes (παύσεσθε a Bentleio profectum est); de Th. 1167 hic agitur. Addi potest V. 394 (quem iam attuli) οὐρήσω, quod esse aoristum inde perspicitur, quod in futuro ab Atticis media forma οὐρήσομαι usurpatur et quod cum certo aoristo ἀποπάρδω coniunctum est. Hic mihi forsitan quispiam canonis illius Dawesiani admoneat. Sed haec lex neque omnino recte observata videtur (v. Goodwin. § 364), neque hic quidquam valere potest: nam in verbo ἀκούειν aoristus coni. a futuro ind. non sola quantitate litterae thematicae differt, sed ipsa forma, quae est activa in aoristo, media in futuro. Itaque aoristum coni. ἀκούσητ' Aristophani reddamus.

1207 ἐμοὶ μελήσει ταῦτά γ', ἢν ἅπαξ λυθῶ.

R. 169 Δ ι ο.· ἐὰν — μηὖρω; Ξ α ν.· τότ' ἔμ' ἔχειν. Codices τότε μ' ἄγειν. Ac de vocabulis τότ' ἔμ' ita dividendis plane Bergkio assentior; sed ἔχειν Ritschelii displicet. Quem optime refutavit Vahlenus p. 28: „Dionysus verens ne dimisso servo nullum eius vicarium conducendo nanciscatur, ita paciscitur cum Xanthia ἐὰν δὲ μηὖρω; Tum ille τότ' ἔμ' ἄγειν. Quo nihil verius est; neque Ritschelii dubitationes intelligimus, quibus ille motus τότ' ἔμ' ἔχειν (scil. τὰ στρώματα) proposuit, a Velseno nimis fidenter receptum. Nam ἄγειν non est ἄγειν τὰ στρώματα [ut ἐμέ subiectum sit], neque novimus qui hoc ita interpretatus sit, sed hoc dicit Xanthias, „si nullum reppereris, tum me ducas, tecum scilicet et stragula ferentem", velut idem postea (179) ἐγὼ βαδιοῦμαι cum dicit, intelligit „tecum ibo sarcinas portans". Neque ἄγειν hac significatione insolens est, quo aptius verbum et magis consuetum inveniri non potuit. Velut ut paucis utamur, Av. 658. V. 1004. R. 1421".

339 v. infra. 570 ἐάνπερ ἐπιτύχῃς, Ὑπέρβολον (κάλεσον), quem versum recte videtur Hamakerus et Velsenus pro spurio habere. 586 ἦν σε — ἀφέλωμαι,—ἀπολοίμην. 617 κἄν ποτέ μ' ἕλῃς ἀδικοῦντ', ἀπόκτεινόν με. 623 κἄν τι πηρώσω—τὸν παῖδα,—τἀργύριόν σοι κείσεται. 736 (tr.) κἄν τι σφαλῆτ', ἐξ ἀξίου γοῦν τοῦ ξύλου—πάσχειν τοῖς σοφοῖς δοκήσετε. 1178 κἄν που δὶς εἶπω ταὐτὸν ἢ στοιβὴν ἴδῃς,—κατάπτυσον. 1415 Δ ι ο.· ἐὰν δὲ κρίνω; Π λ.· τὸν ἕτερον λαβὼν ἄπει. 1517 v. infra.

Ec. 123 περιδήσομαι,—ἤν τί μοι δόξῃ λέγειν. 209 ἦν—ἐμοὶ πίθησθε (ll. πείθησθε; v. p. 38), σωθήσεσθ' ἔτι. 239 κἂν πίθησθέ μοι (ll. πείθησθε; v. p. 38), εὐδαιμονοῦντες τὸν βίον διάξετε. 247 v. infra. 287 (tetr. iamb.) ὁ κίνδυνος—οὐχὶ μικρός, ἦν ἁλῶμεν. 353 ἐμοὶ—ὥρα βαδίζειν ἐστὶν εἰς ἐκκλησίαν, ἥνπερ λάβω θοἰμάτιον. 618 (an.) ἦν ταύτης ἐπιθυμήσῃ, τὴν αἰσχρὰν πρῶθ' ὑποκρούσει „почувствуетъ желаніе" (cf. v. 611). 642 (an.) ἦν πληγέντος ἀκούσῃ,—τοῖς δρῶσιν τοῦτο μαχεῖται. 655 (an.) ἤν τις ὄφλῃ—δίκην,—πόθεν ἐκτίσει ταύτην; 799 et 800 ἦν δὲ μὴ κομίσωσι, τί; 803 ἦν διαρραγῶ δέ, τί; 862 ἦν δὲ κωλύσωσι, τί; 1078 οὔκ (ἀκολουθεῖν με δεῖ σοι), ἦν ἑτέρα γε γραῦς—φανῇ. 1079 ἦν—ὑφ' ὑμῶν—ἀπόλωμαι,—πῶς ἐπὶ—τὴν καλὴν ἀφίξομαι;

1084 ἤν γ' ἡδί μ' ἀφῇ (sc. εἶμι ὡς σέ). Sic recte Brunckius. Codices: ἦν ἡδί γ' ἀφῇ R, ἦν μὰ δία μ' ἀφῇ B, ἦν νὴ δία γ' ἀφῇ Γ N.

1105 sq. ὑμᾶς δ' ἐάν τι — πάθω, — θάψαι μ' ἐπ' αὐτῷ τῷ στόματι τῆς εἰσβολῆς· καὶ τήνδ' ἄνωθεν ἐπιπολῆς τοῦ σήματος ζῶσαν καταπιττώσαντας, εἶτα τὼ πόδε μολυβδοχοήσαντας — αἰτῶ 'πιθεῖναι πρόφασιν ἀντὶ ληκύθου. Ita emendavit Velsenus depravatam codicum lectionem partim de sua, partim aliorum coniecturis. Nam ὑμᾶς pro ὅμως dedit Mein. (Vind. p. 205), quia ὅμως non habet quo referatur, pronomen autem sententia requiritur: quos enim „compellari dicamus ab infelici puero ei precibus adiri, ut se sepeliant"? (Mein.). Sed accusativus ὑμᾶς, ut ab ipso Mein. editum est, non habet unde pendeat: haec est fortasse causa, cur Velsenus αἰτῶ pro ἄνω (1111) suo periculo scripserit. Attamen verbum tam iniquo loco positum est, ut mihi alia correctio probabilior videatur, ab Herwerdeno profecta (Anal. crit. p. 54) et a Blaydesio adoptata, ut pro ὅμως scribatur ὑμεῖς in nominativo similiterque accusativi καταπιττώσαντας et μολυβδοχοήσαντας in nominativos commutentur, infinitivus autem θάψαι significatione imperativi dictus habeatur. Apte Bl. confert V. 385 ἤν τι πάθω 'γώ, ἀνελόντες καὶ κατακλαύσαντες θεῖναί μ' ὑπὸ τοῖσι δρυφάκτοις. Atque nominativus participii καταπιττώσαντες aliqua ex parte libris quoque confirmatur. Nam codex Γ, quaecumque est eius auctoritas, diserte exhibet — ες. In altero quoque participio aliqua turba est: nam N vitiose dat μολυβδοχοήσαντος. — Ceterum in vv. 1108 sq., ubi τήνδ' Berglerus et Bergkius pro τῶν RΓN τὴν B reposuerunt, Schneiderus (N. Iahrb. v. 113, p. 35), Kuehneo (p. 7) quoque probatus, aliam emendandi viam iniit scribique iussit τῶνδ' — ζωσῶν, cum iuvenis non ab una, sed a duabus

mulieribus torqueri dicatur; genetivos autem ex verbo καταπιττώσαντας vult pendere: „quis est, inquit, qui nesciat verborum cum κατά compositorum plurima genetivum asciscere? cuius usus quae ratio sit docte exposuit Bernhardy in syntaxi p. 242. atque ipse Ar. cum alibi hanc legem secutus est, tum in Pace 711 τῆς Ὀπώρας κατελάσας coll. Eccl. 1082". Hoc viri doctissimi iudicium valde miror: quis enim nescit, verborum cum κατά compositorum plurima genetivum asciscere? sed quae sunt ista verba? maximam partem ea, quae in simplici forma non asciscunt accusativum personae, quae apud composita in genetivo ponitur: nam κατελαύνειν, καθυβρίζειν τινός similiaque, cum ἐλαύνειν, ὑβρίζειν τινά dicatur, rarissima sunt. Accedit, quod καταπιττοῦν ipsum cum apud alios, tum apud Ar. (Ec. 829) nisi accusativo non iungitur. Quae cum ita sint, nostro quoque loco accusativum retineri necesse est; cum autem in codicibus ζῶσαν traditum sit, item necesse est pronominis quoque casum huic accommodari. Quod autem iuvenis, etsi a duabus trahitur, unam tamen, quam fortasse digito monstrat, in tumulo suo ampullae loco collocari iubet, non video equidem, quare quemquam offendere possit. Idem Schneiderus verba ἄνωθεν ἐπιπολῆς τοῦ σήματος non recte se habere censet, primum quod „de hoc v. 1111 expressis verbis moneatur addito etiam verbo finito" (?) nec probabile sit, „Aristophanem iam hic sententiam illam incohasse loco parum illo quidem apto"; deinde quod ἐπιπολῆς τοῦ σήματος non possit de uno aliquo summi tumuli loco, cui imponantur illae, intellegi, cum *omnem* superficiem significet. Censet igitur legendum ἐπιπολῆς τοῦ σώματος, quod ad καταπιττώσαντας referatur. Quae sententia quam ieiuna sit, quivis videt; sed aliud me offendit: quid est quod ἐπιπολῆς nisi *omnem* superficiem significare non posse putet? Immo nihil aliud est quam ἐπάνω, ut Moeris interpretatur: nam in Pl. 1207 ταύτης — τῆς γραὸς ἐπιπολῆς ἔπεισιν αἱ χύτραι quis est qui „in omni superficie anus" ollas fuisse putet, cum in capite (v. 1198) ferrentur? Cf. Herod. 2, 62 τὰ δὲ λύχνα ἐστὶ ἐμβάφια ἔμπλεα ἁλὸς καὶ ἐλαίου, ἐπιπολῆς δὲ ἔπεστι αὐτὸ τὸ ἐλλύχνιον. Alterum Schneideri argumentum, quod Ar. prius, quam debuit, sententiam incohavit, nihil valet; nam in sermone cottidiano talia nihil offensionis habent. Atque Ar. cum verba ἄνωθεν ἐπ. τοῦ σήμ. a verbo ἐπιθεῖναι participiis seiuncta vidisset, interruptam sententiam adiecto ἄνω in v. 1111 redintegravit. — Se-

quitur, ut de Blaydesii annotatione pauca dicam. Hic, Brunckium secutus, codicis B lectionem τὴν ἄνωθεν approbat itaque vertit: „illam quae supra me fuerit, sive quam subter mortuus fuero", sententia κακεμφάτως accepta: quae tam artificiosa sunt, ut dubitem, an ne Attici quidem, quamvis acri essent ingenio, sine Blaydesii commentario hoc sensu locum accepturi fuerint, praesertim cum ἡ ἄνωθεν non eam significet, quae supra alqm „*fuerit*", sed quae nunc supra *est*. — Sed mihi fatum est non prius ab hoc loco abire, quam hoc etiam monuerim: video enim Schneiderum verba πολλὰ πολλάκις in v. 1105 ad πάθω referre, collata locutione πολλάκις τεθνάναι; quod si ita est, quomodo dici potuit θάψαι? dicendum enim erat θάπτειν, quoniam si saepe moriturus est, saepe quoque sepeliendus est; neque vero etiam intellego, quomodo iuvenis se saepe moriturum dicere possit: nam longe alia est ratio talium locorum, qualis est Plat. Apol. 30 C, a Schneidero citatus, οὐδ' εἰ μέλλω πολλάκις τεθνάναι, ibid. 41 A πολλάκις ἐθέλω τεθνάναι, εἰ ταῦτ' ἐστὶν ἀληθῆ etc.: haec enim tantum rei exaggerandae inserviunt ac non ita dicuntur, quasi reapse fieri possint. Neque Blaydesio, πολλὰ πολλάκις „ut persaepe fit" vertenti, quemquam facile assensurum spero. Sed frustra oleum perditis, viri, ad has artes confugientes: iam pridem Brunckius locum recte simpliciterque intellexit, cuius interpretatio haec est: „si quid mihi acciderit, *saepius* coacto — navigare": nec enim potest dubitari, quin πολλὰ πολλάκις cum δεῦρ' εἰσπλέων coniungenda sint: cuius liberioris vocabulorum collocationis haud pauca apud Ar. exstant exempla: v. Bachmann. Coni. p. 89. Bamberg. 1869 p. 19. Blaydes. ad Plut. 205.

Pl. 19 οὐκ ἔσθ' ὅπως σιγήσομαι, ἢν μὴ φράσῃς. 52 ἢν — φράσῃ, πυθοίμεθ' ἂν τὸν χρησμόν. 72 ἢν πύθησθε, — εὖ οἶδ' ὅτι κακόν τί μ' ἐργάσεσθε. 126 οἴει — εἶναι τὴν Διὸς τυραννίδα καὶ τοὺς κεραυνοὺς ἀξίους τριωβόλου, ἐὰν ἀναβλέψῃς σὺ κἂν σμικρὸν χρόνον „если прозрѣешь". 208 ὡς, ἐὰν γένῃ ἀνὴρ πρόθυμος αὐτὸς εἰς τὰ πράγματα, βλέποντ' ἀποδείξω σε. 221 οὔκ (sc. πονηροὶ ἔσονται σύμμαχοι), ἤν γε πλουτήσωσιν ἐξ ἀρχῆς πάλιν „разбогатѣютъ" (de quo loco v. Herwerdenum in Hermae v. 24 p. 633). 287 (tetr. iamb.) Μίδαις (sc. ἔστιν ὑμῖν εἶναι) — ἦν ὦτ' ὄνου λάβητε. 350 — 1 ἢν μὲν κατορθώσωμεν, εὖ πράττειν ἀεί· ἢν δὲ σφαλῶμεν, ἐπιτετρίφθαι (sc. ἔνι κίνδυνος). 468 κἂν μὲν ἀποφήνω μόνην ἀγαθῶν ἁπάντων οὖσαν αἰτίαν ἐμὲ ὑμῖν δι' ἐμέ τε ζῶντας ὑμᾶς· εἰ δὲ μή, ποιεῖτον ἤδη τοῦθ', ὅ τι ἂν ὑμῖν

δοκῇ, ubi ante εἰ δὲ μή statuenda est omissio locutionis καλῶς ἔσται vel similis, quae constructio σχῆμα ἀνανταπόδοτον dicitur (v. schol.). — 481 τί — σοι τίμημ' ἐπιγράψω τῇ δίκῃ, ἐὰν ἁλῷς; 600 οὐ — πείσεις, οὐδ' ἢν πείσῃς. 670 ὡς — ἡμῖν παρήγγειλ' ἐγκαθεύδειν τοῦ θεοῦ ὁ πρόπολος, εἰπών, ἤν τις αἴσθηται ψόφου, σιγᾶν.

859 (σχέτλια πέπονθα, τὰ χρήματα ἀπολωλεκὼς) διὰ τὸν θεὸν τοῦτον, τὸν ἐσόμενον τυφλὸν πάλιν αὖθις, ἥνπερ μὴ 'λλίπωσιν αἱ δίκαι. Ita edidit Velsenus aliique multi ex Dawesii coniectura pro λίπωσιν et λείπωσιν codicum. Nec vero contemnenda est Hemsterhusii emendatio μὴ 'πιλίπωσιν, Blaydesio probata, quod ἐλλείπειν valeat „to be deficient, to be short", potius quam „to fail". Quamquam non satis linguae Anglicae peritus sum, tamen virum doctissimum idem dicere puto, quod ipse quoque e scriptorum locis collegi, ἐλλείπειν *statum* rei significare „deesse", non *motum*, ut ita dicam, „deficere", i. e. ἐλλείπειν id dicitur, quod aut omnino non adest aut iusto minus est, non id, quod ante fuit, sed procedente tempore sensim minuitur, ἐπιλείπειν utroque sensu dicitur, praecipue autem „deficere" valet. Quae cum ita sint, liquet, cur ἐλλείπειν eo sensu haud facile in aoristo positum invenias, ἐπιλείπειν saepissime: quia, opinor, in aoristo ἐπέλιπε pro ἐνέλιπε quoque dicitur. Accedit, quod in comoediis Aristophaneis, si recte observavi, ἐλλείπειν uno tantum loco legitur L. 672 (fut.), idque longe alio significatu, ἐπιλείπειν semel „deesse" significat Pl. 554 (praes.), quinquies „deficere" V. 1445 (fut.). Av. 1106 (fut.). L. 449 (perf.). Ec. 620 (fut.). Pl. 832 (aor.). Utrum igitur hic reponendum est? Mihi quidem ἐπιλείπειν multo aptius videtur: nam 1) verbum, quod „deficere" valeat, fere requiritur sensu, 2) aoristus item necessarius est, 3) ἐπιλείπειν comici consuetudini magis convenit.

945 ἐὰν — σύζυγον λάβω τινὰ κἂν σύκινον, — τὸν — θεὸν ἐγὼ ποιήσω — δοῦναι δίκην. 1053 ἐὰν — αὐτὴν — σπινθὴρ βάλῃ (ll. λάβῃ), — καύσεται.

Fr. 100, 3 v. infra. 149, 12 τούτους — ἦν — ξυνέλθῃ ξυλλαβὼν ὁ — ποταμὸς οἰχήσεται, quae corrupta esse videntur.

Praesens et aoristus coniunctivi.

In *apodosi* legitur 2 locis *futurum ind.*, 1 loco *infinitivus*, ex v. διδάσκειν suspensus.

Av. 555 (an.) κἂν — μὴ φῇ μηδ' ἐθελήσῃ μηδ' εὐθὺς γνωσιμαχήσῃ, πόλεμον πρωυδᾶν αὐτῷ (sc. διδάσκω).

Ec. 611 (an.) ἢν μείρακ' ἰδὼν ἐπιθυμήσῃ καὶ βούληται σκαλαθῦραι, ἔξει — δοῦναι. Cf. v. 618.

Pl. 494 ἢν — ὁ Πλοῦτος νυνὶ βλέψῃ („прозрѣетъ") καὶ μὴ τυφλὸς ὢν περινοστῇ, ὡς τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ἀνθρώπων βαδιεῖται.

2. Condiciones, quae ad indirectam quaestionem accedunt.

Alterum enuntiatorum condicionalium genus, quae medium quendam locum tenere videntur inter proprias condiciones et quaestiones obliquas, etsi seorsum tractandum mihi proposui, tamen nostrae potius consuetudinis causa quam Graecorum id feci: nam quin ipsi Graeci eiusmodi enuntiata pro meris condicionibus habuerint, vix dubitari potest. Nec differt hoc genus ab eo, quod tractavi, nisi quod in illo plerumque sententiae secundariae actio aut eiusdem temporis est ac primaria aut eam antecedit; in hoc actio sententiae secundariae primariam sequitur. Itaque comparandi causa aliquot enuntiata hic ponenda putavi, quae proprie ad illud genus referenda erant, quae ne nos quidem per obliquam interrogationem vertere possimus, quamquam eorum actio primariam sequi putanda est. Haec igitur enuntiata tanquam gradum faciunt ab illo genere ad alterum. Alterius generis exempla, ut dixi, per obliquam interrogationem vertere solemus; interdum verbum conandi vel quaerendi audiri potest; est ubi haec loquendi forma fere non differat a sententia finali; commodissime vero Rossice per primariam sententiam exprimitur adiecto „можетъ быть". Ad verbum si quis reddere velit, „nisi forte" „на случай если" similibusque uti possit.

In *apodosi* alterius specie legitur locutio imperandi notionem continens, ut imperativus, coniunctivus hortativus, infinitivus; in N. 535 ipsum verbum quaerendi (ζητοῦσα) adest. In *protasi* praesens ter tantum dictum est V. 649. 1515. Ec. 107, alibi aoristus. Illud quoque notatu dignum est, quod particulae condicionali ἐάν addi solet pronomen aut adverbium indefinitum τι, πως, ποὺ exceptis V. 649. R. 644. Ceterum et in huius generis condicionibus et in iis, quae a priore ad hoc gradum faciunt, protasis solet sequi apodosin.

Itaque, antequam alterius generis (2) exempla afferam, ea apponam, quae, ut supra dixi, ad prius genus proprie pertinent (1).

1) N. 1500 τοῦτ' αὐτὸ — βούλομαι, ἢν ἡ σμινύη μοι μὴ προδῷ τὰς ἐλπίδας ἢ — ἐκτραχηλισθῶ „modo ne".

V. 649 μύλην — ὥρα ζητεῖν σοι,—ἢν μή τι λέγῃς, ἥτις δυνατὴ τὸν ἐμὸν θυμὸν κατερεῖξαι „molam tibi tempus est quaerere, si forte nihil dices": rectius enim videor mihi ita haec intellegere quam Brunckius, qui in conversione sua condicionem illam relativae sententiae subiecit: „molam, quae, si nihil dicas, meam iracundiam frendere possit". — Ceterum sine causa hic Bergkius scripsit ἤν μοί τι λέγῃς: nam chorus haec tantum dicturus erat: „nisi bene locutus eris, non effugies iram meam".

808 ἀμίς,—ἢν οὐρητιάσῃς,—κρεμήσεται, de quo v. p. 3. — 1515 ἅλμην κύκα τούτοισιν, ἢν ἐγὼ κρατῶ.

R. 339 οὔκουν ἀτρέμ' ἕξεις, ἢν τι καὶ χορδῆς λάβῃς, ubi Fritzscheus: „Xanthiae porcinae nidore allecto, si tandem conticuerit, spem facit farciminis". — 1517 (an.) τὸν θᾶκον (ll. θρόνον et θῶκον) τὸν ἐμὸν παράδος Σοφοκλεῖ τηρεῖν καὶ διασώζειν, ἢν ἄρ' ἐγώ ποτε δεῦρ' ἀφίκωμαι.

Ec. 247 σὲ στρατηγὸν — αἱρούμεθ', ἢν ταῦθ' ἁπινοεῖς, κατεργάσῃ= ea condicione ut.

Fr. 100,3 δίδωμι χιλίας δραχμάς, ἐάν με—ἀφῆτε=ea condicione ut.

2) A. 1031 (ὑπάλειψον εἰρήνῃ με τὼφθαλμώ,) ἢν πως κομίσωμαι τὼ βόε, quod in scholiis explicatur ὅπως ἀπολάβω τοὺς βόας.

N. 535 (v. Eupol.) ἡ κωμῳδία ζητοῦσ' ἦλθ', ἢν που 'πιτύχῃ θεαταῖς.

V. 271 (tetr. iamb. sync.) δοκεῖ — αὐτὸν ἐκκαλεῖν, ἢν — πως ἑρπύσῃ (ll. ἐξερπύσῃς). 399 (an.) παῖε, ἢν πως πρύμνην (ll. πρύμναν) ἀνακρούσηται. 1409 ἄκουσον, ἢν τί σοι δόξω λέγειν.

R. 644 σκόπει,—ἢν μ' ὑποκινήσαντ' ἴδῃς.

Ec. 107 τούτου — τόλμημα τολμῶμεν τοσοῦτον οὕνεκα, ἢν πως παραλαβεῖν τῆς πόλεως τὰ πράγματα δυνώμεθα.

II. CONDICIONES GENERALES.

In *protasi* condicionum generalium *praesens coni.* 40 locis invenimus, *aoristum* 36.

Praesens coniunctivi.

In *apodosi* plerumque est aut intellegitur *praes. ind.* 31 locis: (A. 752). — E. 575. 866. 867. — N. 98. (484. 485). 494. 579.

1439. — V. 90. 489. 496. 568. 1117. — P. 983. 985. 1310. — Av. 188. — Th. (69). 151. 154. 400. 492. 797. 937. — R. 1056. (1475). — Ec. 580. — Fr. 437; praeterea praes. ind. intellegitur, ita ut sola *negatio* οὔ maneat, 1 loco: V. 1256. Ex eodem ortum est *participium praes.*, quod 1 loco legitur: A. 372, et *infinitivus praes.*, qui bis reperitur: (L. 466). Pl. 915; imperativi vim habet *infinitivus praes.* semel in lege Av. 1665. Praeterea apodosim efficit *perfectum ind.* gnomicum sive empiricum 4 locis: V. 493. 616. 693. P. 1175, et *aoristus ind.* gnomicus sive empiricus * 1 loco: V. 581.

In protasi praesentis coni. usus duplex est: aut simpliciter diutinam actionem saepius repetitam indicat, aut, cum negatione coniunctum, id significat, quod aliquis saepius ne faciat recusat aut facere non potest, quo referri possunt duo loci V. 568. 616.

In hoc condicionum genere legem illam, qua sancitur, ut praesenti coni. actio contemporanea, aoristo antecedens indicetur, multo diligentius observari videmus quam in futuris condicionibus, quia, opinor, condiciones generales propius ad temporalia enuntiata accedunt, ut temporis ratio plerumque attendi videatur; quare est ubi ἐάν et ὅταν in finitimis sententiis eodem prorsus significatu dicta reperias, ut E. 865. et 866. Pl. 150 et 151. Itaque in praesentis usu quinque tantum locos excipi video (N. 98. V. 90. 693. 1256. Th. 69), ubi praesenti actio antecedens exprimitur; sed hoc memoratu dignum est, illarum enuntiationum praedicata esse verba διδόναι, ξυνεῖναι, καθίζεσθαι, προιέναι, quae alibi quoque in specie diutina poni solent, ubi actio non-diutina exprimenda est. Neque aoristus semper praecedentem actionem significat: velut in Ec. 177 nullo pacto hanc legem valere crediderim.

* Obiter moneo, neque gnomicum neque empiricum satis aptum nomen esse, quoniam tale perfectum aut aoristus saepe legitur non in dicto aliquo aut loco communi, quo verum usu cognitum continetur, sed simpliciter repetitam actionem significat. Hic operae pretium est paucis exponere de usu et discrimine utriusque formae apud Ar. in apodosi enuntiati condicionalis. Si in protasi generalis condicionis praes. coni. dictum est, in apodosi, ut dixi, perf. quater, aoristus semel legitur; sin autem in protasi aor. coni. positus est, in apodosi, ut infra videbimus, perf. bis, aor. decies occurrit. Quod cum casu factum esse non queat, sequitur, ut inter ea, in apodosi quidem, discrimen fuisse statuendum sit. Equidem puto, perfectum, quod, ut in ipso initio dixi, speciei diutinae est, facilius poni solere in ea apodosi, cuius protasis item diutinam actionem contineat; aoristum autem, quo actio non-diutina indicatur, protasi non-diutinae saepius subici.

Iam afferantur loci.

A. 372 τοὺς—τρόπους τοὺς τῶν ἀγροίκων οἶδα χαίροντας,—ἐάν—τις αὐτοὺς εὐλογῇ. 752 ἡδὺ (sc. πεινῆν),—ἢν αὐλὸς παρῇ.

E. 575 (tr.) ἐὰν μὴ προέδρίαν φέρωσι,—οὐ μαχεῖσθαί φασιν. 866 (tetr. iamb.) ἐὰν — τὸν βόρβορον κυκῶσιν, αἱροῦσι. 867 (tetr. iamb.) λαμβάνεις, ἢν τὴν πόλιν ταράττῃς.

N. 98 διδάσκουσ', ἀργύριον ἤν τις διδῷ, νικᾶν. 484—5 ἢν μὲν—ὀφείληταί τί μοι, μνήμων (sc. εἰμί)· — ἐὰν δ' ὀφείλω, ἐπιλήσμων. 494 τί δρᾷς, ἤν τίς σε τύπτῃ; 579 (tr.) ἢν — ᾖ τις ἔξοδος,—τότε—βροντῶμεν. 1439 (tetr. iamb.) κλάειν— ἡμᾶς εἰκός ἐστ', ἢν μὴ δίκαια δρῶμεν.

V. 90 στένει, ἢν μὴ 'πὶ τοῦ πρώτου καθίζηται ξύλου. 489 (tr.) ἅπανθ' ὑμῖν τυραννίς ἐστι, — ἤν τε μεῖζον ἤν τ' ἔλαττον πρᾶγμά τις κατηγορῇ. 493 (tr.) ἢν μὲν ὠνῆταί τις ὀρφώς (ll. ὀρφῶς et ὀρφούς), μεμβράδας δὲ μὴ 'θέλῃ (ll. θέλῃ), εὐθέως εἴρηχ' ὁ πωλῶν.

496 (tr.) ἢν δὲ χήτειον προσαιτῇ τις ἀφύαις ἡδύσματα, ἡ λαχανόπωλίς — φησι. In his Meinekeus sequitur Brunckium, qui scribi iussit τις pro ταῖς, et Dobraeum cum Hermanno, qui codicum lectionem ἥδυσμά τι in ἡδύσματα mutarunt, — vix recte, ut mihi quidem videtur. Mirum enim est, cur χήτειον in singulari positum sit, ἡδύσματα autem, quod eius praedicati fere vice fungitur, in plurali. Nam quod in E. 678 ταῖς ἀφύαις ἐδίδουν ἡδύσματα comicus plurali usus est, causa est, quod hoc ad τὰ κορίαννα ἅπαντα τά τε χήτεια refertur. Quare mihi magis probatur Hirschigii correctio ἥδυσμά τις. Quod si ita est, cadit Brunckii τις, quod ille metri causa, ne dactylus esset in tetrametro trochaico, reponendum existimavit: nam per se ταῖς nihil offensionis habet, quod talia et cum articulo et sine eo proferri possunt, ut in huius fabulae vv. 491. 493. Sed Brunckii correctio ipsa contra Aristophanis metricam peccat: nam eiusmodi tribrachus magis etiam ab eo alienus est quam dactylus. Hanc quaestionem, iam a Rumpelio tractatam (Philologi v. 28, p. 429 sq.), hic mihi liceat retractare omnibus enumeratis locis, ubi in quinto tetrametri pede illa solutio exstat. Horum longe maxima pars ita comparata est, ut tribrachus aut uno trisyllabo vocabulo contineatur, aut initio polysyllabi: quod inveni 37 locis: A. 316. 322. 680. E. 262. 321. 574. 610. 1303. V. 372. 458. 460. 462. 498. 506. 515. 523. P. 309. 609. 610. 641. 647. Av. 274. 276. 296. 302. 303. 378. 795. 1072. 1077. 1083. 1087.

L. 655. 679. 701. Th. 838. R. 734. Rarius — 9 locis — tribrachus conformatur ex bisyllaba vel monosyllaba voce (praepositione, coniunctione) et initio sequentis: A. 280. N. 589. 619. P. 570. Av. 1116. L. 703; V. 492. Av. 340. 1109. Semel V. 505, qui versus totus uno vocabulo continetur, tribrachus in media voce invenitur. Semel denique V. 451 tribrachus tripartitus est σὺ δ' ἀχάριστος. Sed hi loci omnes illud commune habent, quod ante quintum pedem caesura intercedit; cuius neglectae duo tantum exempla inveni: V. 510 ἐγχέλεσιν et Av. 791 θοἰμάτιον, ubi tribrachus tres finales syllabas amplectitur, cum prima quarti pedis sit. Longe aliter conformatus est tribrachus in illa Brunckii coniectura: nam et caesura ante encliticam esse non potest et ipse tribrachus in duo vocabula divisus est neque enclitica ullo in pede tribrachum orditur. Eodem vitio laborat Porsoni correctio in Ec. 1156 δι-ὰ τὸ γε-λᾶν pro διὰ τὸν γέλων et Clarkii (Journal of Philology v. 9, p. 15) in A. 318 τι κεφα-λήν pro τὴν κεφ. Quid igitur faciendum est? Mihi quidem concedendum videtur, his tribus locis et in E. 319 (quem versum Porsonus „sanavit") Ar. dactylo usum esse. Neque est quod de dactylo dubitemus, siquidem Hephaestio eum comicis usitatum esse dicit neque ita raro invenerit necesse est (v. G. Hermann. El. d. m. p. 85).

568 (an.) κἂν μὴ τούτοις ἀναπειθώμεσθα (ll. — ώμεθα et — όμεθα), τὰ παιδάρι' — ἀνέλκει „si nobis persuadere non potest". 581 (an.) κἂν αὐλητής γε δίκην νικᾷ, — ηὔλησε.

616 (an.) κἂν οἰνόν μοι μὴ 'γχῇς σὺ πιεῖν, τὸν ὄνον τόνδ' εἰσκεκόμισμαι — κᾆτ' ἐγχέομαι „si non vis infundere". Quos versus totumque hunc locum (vv. 615—618) Meinekeus, Hamakero obsecutus, ab Ar. abiudicat; cuius rei nullam esse causam optime nuper evicit Ehrhardtius p. 8.

693 (an.) κοινωνῶν τῶν ἀρχόντων ἑτέρῳ τινί, — ἤν τίς τι διδῷ, — ἑπουδάκατον (cf. v. 684). 1117 (tr.) τοῦτο — ἔστ' ἄλγιστον ἡμῖν, ἤν τις — ἐκροφῇ (ll. ἐκφορῇ) τὸν μισθὸν ἡμῶν. 1256 οὐκ (sc. ἀποτίνειν ἀργύριον γίγνεται), ἢν ξυνῇς γ' ἀνδράσι καλοῖς τε κἀγαθοῖς.

P. 983—5 (an.) κἄν τις προσέχῃ τὸν νοῦν αὐταῖς, ἀναχωροῦσιν, κᾆτ', ἢν ἀπίῃ, παρακύπτουσιν. 1175 (tr.) ἤν — που δέῃ μάχεσθαι, — τηνικαῦτ' αὐτὸς βέβαπται βάμμα κυζικηνικόν. 1310 (tetr. iamb.) οὐδὲν — ὀδόντων ἔργον ἔστ', ἢν μή τι καὶ μασῶνται.

Av. 188 ἦν ἰέναι βουλώμεθα Πυθῶδε, βωμοὺς δίοδον αἰτούμεθα. 1665 (Solonis lex) ἐὰν — παῖδες μὴ ὦσι γνήσιοι, τοῖς ἐγγυτάτω γένους μετεῖναι τῶν χρημάτων.

L. 466 πολλήν γ' (sc. οἶμαι χολὴν γυναῖκ' ἐνεῖναι), ἐάνπερ πλησίον κάπηλος ᾖ.

Th. 69 κατακάμπτειν τὰς στροφὰς οὐ ῥᾴδιον, ἢν μὴ προΐῃ θύρασι πρὸς τὸν ἥλιον. De inutili Engeri coniectura θύρασί τις πρὸς ἥλιον v. Kr. 61, 4, 5. — 151 γυναικεῖ' ἢν ποιῇ τις δράματα, μετουσίαν δεῖ τῶν τρόπων τὸ σῶμ' ἔχειν. 154 ἀνδρεῖα (sc. δράματα) δ' ἢν (ll. ἄν) ποιῇ τις, ἐν τῷ σώματι ἔνεσθ' ὑπάρχον τοῦτο. 400 ὥστ', ἐάν — τις πλέκῃ γυνὴ στέφανον, ἐρᾶν δοκεῖ. 492 οὐδ' ὡς ὑπὸ δούλων — σποδούμεθ', ἢν μὴ 'χωμεν ἕτερον, οὐ λέγει. 797 (an.) κἂν — παρακύπτωμεν, τὸ κακὸν ζητεῖτε θεᾶσθαι (ll. ζητεῖ τὸ κακὸν τεθεᾶσθαι). 937 ἥνπερ (= τὴν δεξιὰν) φιλεῖς κοίλην προτείνειν, ἀργύριον ἢν τις διδῷ.

R. 1056 (an.) ἢν — λέγῃς Λυκαβηττούς, — τοῦτ' ἐστὶ τὸ χρηστὰ διδάσκειν; 1475 τί δ' αἰσχρόν, ἢν μὴ τοῖς θεωμένοις δοκῇ;

Ec. 580 (lyr.) μισοῦσι, — ἢν τὰ παλαιὰ πολλάκις θεῶνται.

Pl. 915 (τὸ) μὴ 'πιτρέπειν, ἐάν τις ἐξαμαρτάνῃ (εὐεργετεῖν ἐστι).

Fr. 437, 1 (lyr.) ἢν — ἕν' ἄνδρ' ἄδικον σὺ διώκῃς (ll. συνδιώκῃς), ἀντιμαρτυροῦσι δώδεκα.

Aoristus coniunctivi.

In *apodosi* plerumque adest aut intellegitur *praesens ind.* — 22 locis: N. 351. — V. 92. 223. 579. 614. 622. 626. 684. — P. 27. — Av. 758. — L. 856. — Th. 401. 792. 795. 798. — (R. 94. 1433). — Ec. 177. — Pl. (3). 194. 196. 239; ex hoc ortum est *participium praes.*, quod 1 loco invenimus: V. 1323, et *infinitivus praes.*, qui est 1 loco: Pl. 151. Porro *perfectum ind.* empiricum exstat 2 locis: L. 858. R. 969, *aoristus ind.* empiricus 10 locis: E. 261. — N. 348. — V. 97. 583. 594. — L. 105. — Th. 812. — R. 1068. — Pl. 237. 242.

In *protasi* aoristum complexivum semel legi in Ec. 177, aoristum incohativum bis in V. 92. 622.

Iam sequuntur loci.

E. 261 (tr.) κἄν (ll. fere κἂν) τιν' αὐτῶν γνῷς ἀπράγμον' ὄντα, — ἐνεκολήβασας (ll. ἐνεκολάβησας).

N. 348 (an.) ἢν — ἴδωσι κομήτην, — κενταύροις ἤκασαν αὐτάς. 351 (an.) ἢν — κατίδωσι Σίμωνα, τί δρῶσιν;

V. 92 ἦν — καταμύσῃ κἂν ἄχνην, ὅμως ἐκεῖ ὁ νοῦς πέτεται. 97 ἦν ἴδῃ τε — γεγραμμένον — Δῆμον καλόν, — παρέγραψε. 223 τὸ γένος ἤν τις ὀργίσῃ τὸ τῶν γερόντων, ἔσθ' ὅμοιον σφηκιᾷ. 579 (an.) κἂν Οἴαγρος εἰσέλθῃ, — οὐκ ἀποφεύγει. 583 (an.) κἂν — ὁ πατὴρ τῷ δῷ — παῖδα, — ἔδομεν ταύτην. 594 (an.) ἐν τῷ δήμῳ γνώμην οὐδεὶς πώποτ' ἐνίκησεν, ἐὰν μὴ εἴπῃ τὰ δικαστήρι' ἀφεῖναι.

614 (an.) ἀλλ' ἢν μή μοι ταχὺ μάξῃ, τάδε κέκτημαι πρόβλημα κακῶν, de quo loco, frustra ab Hamakero suspectato, vide supra p. 52. De ἄλλην autem, quod pro ἀλλ' ἤν Rav. et Ven. praebent et multi editores retinent, vix attinet dicere: nam praeterquam quod ἀλλ' ἤν in Florentino Γ legitur, ἄλλην — μάξῃ, etiamsi δέει, unde haec pendeant (v. Richteri notam), cogitando suppleas, sensu carent: quomodo enim ὁ ταμίας timere potest, ne ipse seni cito aliam pinsat offam?

622 (an.) ἦν — θορυβήσωμεν, πᾶς τίς φησιν „если зашумимъ". 626 (an.) κἂν ἀστράψω, ποππύζουσιν. 684 (an.) σοὶ — ἤν τις δῷ τοὺς τρεῖς ὀβολούς, ἀγαπᾷς. 1323 ἔρχεται, τύπτων ἅπαντας, ἤν τις αὐτῷ ξυντύχῃ.

P. 27 φαγεῖν οὐκ ἀξιοῖ, ἢν μὴ παραθῶ — γογγύλην (μᾶζαν).

Av. 758 (tr.) καλὸν παρ' ἡμῖν ἐστιν, ἤν τις τῷ πατρὶ—εἴπῃ.

L. 105 (Lac.) καΐκα 'κ (vulgo κἂν ἐκ) τᾶς ταγᾶς ἔλσῃ ποκά (vulgo πόκα),—ἔβα. 856 κἂν μὸν ἢ μῆλον λάβῃ,—φησίν. 858 κἂν περὶ ἀνδρῶν γ' ἐμπέσῃ λόγος τις, εἴρηκ' εὐθέως ἡ σὴ γυνή.

Th. 401 κἂν ἐκβάλῃ σκεῦός τι, ἀνὴρ (ll. ἀνήρ) ἐρωτᾷ. 792 (an.) κἂν ἐξέλθῃ τὸ γύναιόν ποι, κᾆθ' εὕρητ' αὐτὸ θύρασιν, μανίας μαίνεσθε, ubi εὕρητ' certa est Porsoni emendatio pro εὕροιτ' codicum. 795 (an.) κἂν καταδαρθῶμεν (legendum καταδάρθωμεν) ἐν ἀλλοτρίων,—πᾶς τις τὸ κακὸν τοῦτο ζητεῖ. 798 (an.) κἂν — ἀναχωρήσῃ,—πᾶς ἐπιθυμεῖ — ἰδεῖν. 812 (an.) ἢν τὰ μέγιστ' ὑφέληται,—αὐθημερὸν αὖτ' ἀπέδωκεν.

R. 94 ἃ φροῦδα θᾶττον, ἢν μόνον χορὸν λάβῃ.

969 ὅς, ἢν κακοῖς τις περιπέσῃ, καὶ πλησίον παραστῇ, πέπτωκεν ἔξω τῶν κακῶν, ubi τις a Velseno datum est pro που codicum (quod in V omissum est). Quam coniecturam felicem non equidem appellaverim: neque enim a libris quidquam praesidii habet: nam in priore Ranarum parte usque ad v. 1008 si A cum R consentit, discrepans Veneti scriptura satis suspecta est, v. Schnaei de Ar.

man. p. 8. Praeterea vereor, ne dura sit mutatio subiecti apud duo proxima verba, quamquam vide Frohbergerum ad Lys. 1; 10.

1068 (an.) κἂν ταῦτα λέγων ἐξαπατήσῃ, παρὰ τοὺς ἰχθῦς ἀνέκυψεν. 1433 ἦν δ' ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν (sc. χρή).

Ec. 177 κἄν τις ἡμέραν μίαν χρηστὸς γένηται, δέκα πονηρὸς γίγνεται „если кто пробудетъ".

Pl. 3 ἦν—τὰ βέλτισθ' ὁ θεράπων λέξας τύχῃ, δόξῃ δὲ μὴ ὁρᾶν ταῦτα τῷ κεκτημένῳ, μετέχειν ἀνάγκη τὸν θεράποντα τῶν κακῶν, 151 τὰς ἑταίρας φασί,—ὅταν μὲν αὐτάς τις πένης πειρῶν τύχῃ, οὐδὲ προσέχειν τὸν νοῦν, ἐὰν δὲ πλούσιος, τὸν πρωκτὸν αὐτὰς εὐθὺς εἰς τοῦτον τρέπειν. 194—6 ἦν τάλαντά τις λάβῃ τριακαίδεκα, πολὺ μᾶλλον ἐπιθυμεῖ λαβεῖν ἑκκαίδεκα· κἂν (ll. κῆν) ταῦτ' ἀνύσηται (ll. ἀνύσῃ), τετταράκοντα βούλεται. 237—42 ἦν μὲν γὰρ ὡς φειδωλὸν εἰσελθὼν τύχω, εὐθὺς κατώρυξέν με·—κἂν τις προσέλθῃ,—ἔξαρνός ἐστι μηδ' ἰδεῖν με πώποτε· ἦν δ' ὡς παραπλῆγ' ἄνθρωπον εἰσελθὼν τύχω,—θύραζ' ἐξέπεσον ἐν ἀκαρεῖ χρόνου.

III. SENTENTIAE CONCESSIVAE.

Sententias concessivas, quae κἄν (etiamsi, даже если, хотя бы) vel οὐδ' ἤν coniunctionibus incipiunt, Graeci profecto a condicionalibus non discernebant; seorsum autem eas tracto nostrae tantum consuetudinis causa. Itaque hae, ut ceterae condiciones, partim ad futurum spectant (16 locis), partim sunt generales (4 locis).

I. Sententiae concessivae futurae

in *protasi* praesens coni. habent 11 locis, aoristum 5.

Praesens coniunctivi.

In *apodosi* 7 locis est futurum ind.: V. 654. 798. 1074.—L. 123. 499. — R. 265. — Pl. 216; rarius alia locutio, quae futuri vicem sustinet: ut *optativus cum* ἄν bis intellegi videtur: N. 1153. L. 115; ab *infinitivo praes.* pendet enuntiatum concessivum 2 locis: N. 1317. L. 133.

N. 1153 πολλῷ γε μᾶλλον (sc. ἀποφύγοις ἄν), κἂν παρῶσι χίλιοι (sc. μάρτυρες). Mira est Teuffelii — Kaehleri annotatio ad h. l.: „κεἰ [in v. 1152] der wirkliche Fall, κἄν (1153) der angenommene.

παρῶσι der Konj. des Imperf.: auch wenn (in dem betr. Falle) dabei waren". Quasi coniunctivo praeterita actio exprimi possit aut κεἰ in v. 1152 de re vere facta dictum sit! Rectissime G. Hermannus: „quod de uno facto dixerat Strepsiades, Socrates universe de quavis simili caussa eloquitur". Itaque praesenti coni. hic actio futura, sed quae primariam antecedat, effertur, ut infra in loco simillimo V. 1074.

1317 (lyr.) οἶμαι — αὐτὸν — εὑρήσειν, ὅπερ — ἐζήτει, εἶναι τὸν υἱὸν δεινὸν — λέγειν,—ὥστε νικᾶν ἅπαντας, — κἂν λέγῃ παμπόνηρα.

V. 654 (an.) οὐκ ἔστιν ὅπως οὐ τεθνήξεις (ll.—ξει vel—σει), κἂν χρῇ (ll. χρὴ) σπλάγχνων μ' ἀπέχεσθαι. 798 κἂν — πυρέττω, τὸν— μισθὸν λήψομαι. 1074 (tr.) εἴ τις — θαυμάζει,—διδάξω, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν „etiamsi indoctus fuerit antea".

L. 115 ἐγὼ δέ γ' ἄν (sc. ἐθέλοιμι), κἂν ὡσπερεὶ ψῆτταν δοκῶ δοῦναι ἂν ἑμαυτῆς παραταμοῦσα θἠμισυ, qui locus aperte corruptus est (cf. Schenk. p. 1). 123 ποιήσομεν, κἂν ἀποθανεῖν ἡμᾶς δέῃ. 133 κἄν με χρῇ, διὰ τοῦ πυρὸς ἐθέλω βαδίζειν. 499 (an.) σωθήσει, κἂν μὴ βούλῃ.

R. 265 (lyr.) κεκράξομαι,—κἂν δέῃ δι' ἡμέρας, ubi κἂν δέῃ Cobetus scribi iussit pro κἄν με δῇ codicum, de qua coniectura quid sentiam, vide statim Pl. 216.

Pl. 216 κἂν χρῇ μ' ἀποθανεῖν,—διαπράξω ταῦτα, ubi χρῇ ab eodem Cobeto pro δεῖ codicum substitutum est. Abiudicat igitur ab Atticis contractionem ε+η in exitu verborum, quae duas syllabas continent. Quod mihi secus videtur. Nam etsi rarissimum hoc est, tamen aliquot locis, paucis illis quidem, et ipsius Aristophanis et aliorum comoediae scriptorum confirmari videtur. Apud Ar. contracta coniunctivi forma verborum χεῖν et δεῖν duobus maxime locis defenditur V. 616 et Pl. 216, quos nisi iusto violentius tractes, monosyllabam formam non vitabis. Eadem in R. 265 verbi δεῖν metro postulatur, quamquam hic faciliorem correctionem admittit. Ex fragmentis comicorum duo exempla monosyllabi δέῃ affert Kockius ad R. 265. Praeterea ex titulis Atticis saeculi IV contractae coniunctivi formae duo exempla feruntur: alterum (a Meisterhansio p. 140 citatum) προσδεῖται (anni 320), quaecunque est eius origo, alterum (Dittenbergeri Sylloge 126, 8) ἐὰν δὲ δεῖ (anni 304—3), de quo Dittenbergerus: „Contractio coni. δέῃ in δῇ aliena illa quidem a severo Atticismo, sed *nequaquam inaudita*, et scriptura quarti

a. Chr. saeculi frequentissima ει pro η". Itaque monosyllabis coniunctivi formis, parcius quidem, quam bissyllabis, non tamen nunquam usos esse Atticos, concedendum mihi videtur. Sed quomodo eas scripserint aut dixerint — εἶ an ᾖ an ἐῇ cum synizesi, hoc profecto scire non possumus. — Ceterum eius loci, a quo profecta est haec disputatio, Rutherfordius (The new Phryn. p. 299) aliam proponit correctionem. Is, cum in hoc versu codices nonnulli pro κἄν habeant κεἰ, in coniunctione ait, non in verbo vitium latere scribendumque censet in hoc versu κεἰ δεῖ, itemque in proximo κεἰ βούλει,—analogiae causa, credo, quamquam hic omnes libri in κἄν consentiunt omnesque praeter R^3 dant βούλῃ. Quod falso eum coniecisse ipse Ar. disertissime arguit, apud quem frustra quaeras locutiones κεἰ δεῖ vel κεἰ χρή, cum κἂν δέῃ et κἂν χρῇ aliquoties occurrant (V. 654. L. 123. 133. R. 265). Idem fere in v. βούλεσθαι cadit. Nam, si in apodosi futurum est, semper dicitur ἐάν (itemque ὅταν) cum coni. (locos vide p. 10), non εἰ cum ind., quod apud Ar. in iis tantum invenitur condicionibus, quarum apodosis aut praesenti ind. (N. 1274. Ec. 893), aut imperativo (A. 870. E. 1314. N. 454. P. 10. 604. Av. 753. 766. R. 1159) enuntiata est.

Aoristus coniunctivi.

In *apodosi* ter *futurum ind.* legimus: L. 698. R. 685. Ec. 796; bis *coniunctivum* in enuntiato condicionali E. 701 et finali Av. 1550.

E. 701 (οὐδέποτε βιώσομαι,) εἰ (lege ἦν, p. 16) μή σ' ἐκπίω, κἂν ἐκροφήσας αὐτὸς ἐπιδιαρραγῶ, ubi recte Botheus particulam eruit ex κἀπεκροφήσας, quod mendose in libris scriptum est.

Av. 1550 ἵνα με κἂν ὁ Ζεὺς ἴδῃ,—ἀκολουθεῖν δοκῶ κανηφόρῳ.

L. 698 (tr.) οὐκ ἔσται δύναμις οὐδ' ἢν ἑπτάκις σὺ ψηφίσῃ, qui aoristus complexivus est.

R. 685 (lyr.) ὡς ἀπολεῖται, κἂν ἴσαι γένωνται.

Ec. 796 καταθήσεις, κἂν ἕνης ἕλθῃς.

2. Sententiae concessivae generales

in *protasi praesens coni.* ter habent, *aoristum* semel.

Praesens coniunctivi.

In *apodosi* bis est *praesens*: V. 1297. R. 381, semel L. 595 *perfectum* gnomicum.

V. 1297 παῖδα, — κἂν ᾖ γέρων, καλεῖν δίκαιον, ὅστις ἂν πληγὰς λάβῃ.

L. 595 (an.) κἂν ᾖ πολιός, ταχὺ παῖδα κόρην γεγάμηκεν.

R. 381 (lyr.) ἢ τὴν χώραν σώζειν φησί,—κἂν Θωρυκίων μὴ βούληται.

Aoristus coniunctivi.

In *apodosi* est *praesens ind.*

V. 691 (an.) φέρει τὸ συνηγορικόν, κἂν ὕστερος ἔλθῃ.

B. Sententiae condicionales optativo prolatae.

Optativi in enuntiatis condicionalibus, temporalibus, concessivis, relativis ratio, ut surpa dixi, eadem est quae coniunctivi. Praesenti enim actio diutina exprimitur, aoristo non-diutina. Diutina actio secundaria plerumque contemporanea est primariae, non-diutina plerumque eam antecedit (nempe exceptis iis sententiis, quae a particula ἕως ducuntur). Verumtamen non semper ita fieri, aliquot loci documento sunt. Nam, ut omittam N. 754 εἰ μηκέτι ἀνατέλλοι, ubi de temporali nexu ne cogitare quidem licet, in R. 110 condicio εἰ δεοίμην apodosin suam sequi putanda est. Contra in E. 606 εἰ ἐξέρποι, et E. 1350 εἰ λεγοίτην actiones secundariae primariam necesse est antecedant.

Atque aoristo non semper actio aliam antecedens enuntiatur. In E. 1057 εἰ μαχέσαιτο et Pl. 977 εἰ δεηθείην perversa esset sententia, si quis putaret, totas has actiones ante factas esse, quam primariae inirent, sed aoristi illi pro incohativis habendi sunt. Item in P. 330. R. 1158. Pl. 329 atque etiam fortasse in Pl. 466 et 1136 actiones alia aliam amplectuntur.

De significatione et usu. Sententiarum condicionalium, quae optativo enuntiantur, usus duplex est: aut enim ad futurum tempus spectant aut actionem saepius repetitam in praeterito significant. Cave tamen putes, *significatione* quidquam haec duo genera inter se differre: immo vero, ut coniunctivus cum ἄν semper aliquid futuri habet, ita et optativus utrobique significatum suum retinet; sed totum discrimen hoc ex ratione sententiarum pendet, et qualis apodosis, talis est protasis, ut si illa ad futurum pertinet, eodem haec spectet; sin illa rem saepius repetitam in praeterito significat, idem haec indicet.

Puto igitur, in utroque genere optativum eandem vim habere atque futuri aliquid continere; quod quo iure putem, paucis explicabo.

Atque quin in priore genere optativus ad futurum spectet, nemo dubitat; idem in altero esse, haec documento sint. In hoc genere optativus nihil aliud est nisi obliqua forma, quae dicitur, coniunctivi, qui in sententiis repetitionem in praesenti significantibus ponitur. Atqui coniunctivus, ut supra vidimus, etiam in generalibus enuntiatis ad futurum spectat; eodem igitur spectat eius obliqua forma, qui est optativus; non enim optativo orationis obliquae tempus ipsum rectae mutatur, sed idem tempus in praeteritum transfertur, ut coniunctivus deliberativus, cum in optativum transit, futuri vim non amittit. Idem analogia nostrae linguae confirmatur: nos enim, cum de actione saepius repetita in praeterito agitur, futuro specie non-diutinae saepissime utimur, velut „бывало, я боялся, какъ увижу медвѣдя".

In condicionibus optativo prolatis, quae ad futurum pertinent, item duo genera discernenda sunt: alterum est earum, quae aut per se stant aut, si alicunde pendent, etiam in recta oratione eandem formam habiturae erant; alterum earum, quae optativum ideo habent, quod ex historico, quod dicunt, tempore suspensae sunt, sed si absolutae essent, coniunctivum haberent. Sed quoniam in hoc genere εἰ cum optativo eandem fere vim, quam ἐάν cum coniunctivo, habeat necesse est, (nam coniunctivus condicionis absolutae in oratione obliqua, ex historico tempore suspensa, in optativum transire potest), patet, quam tenue sit discrimen earum condicionum, quae coniunctivo, et earum, quae optativo enuntiantur, siquidem obliquae utrarumque formae nihil inter se differunt.

Verumtamen aliquid inter eas interesse in recta saltem forma, omnes consentiunt. Quod discrimen verbis quidem exprimere non facile possumus, sed plane intellegimus: nam ἐάν c. coni. nostro „если" cum futuro respondet, εἰ c. opt. nostro „если бы" cum forma verbi praeterita. De hac re optime disputavit B. L. Gildersleeveus * et Goodwinus **, quibus tamen non omnia assentior. Vul-

* „On εἰ with the Future Indicative and ἐάν with the Subjunctive in the Tragic Poets" in Transactions Americain Philological Association, 1876.

** „Shall and should in protasis, and their Greek equivalents" in Journal of Philology, v. VIII, № XV.

go enim putant, coniunctivum in condicione tum dici solere, cum de re, quae fieri possit, agatur. Quod falsum esse, Gildersleeveus duobus exemplis, ex Euripide sumptis, demonstrare conatur, ubi de re parum naturali agitur: Or. 1593 ἀλλ' οὔτι χαίρων, ἢν γε μὴ φύγῃς πτεροῖς et Phoen. 1216 ἢν μή γε φεύγων ἐκφύγῃς πρὸς αἰθέρα. Profecto, volare est contra hominis naturam: sed quid hoc ad grammaticam? cuius minime interest, possitne hoc re ipsa fieri necne; illud interest, quomodo is qui loquitur rem efferat: nam etiam tale quid, quod reapse naturae repugnet, ita potest tractari, quasi effici possit, id quod in illos quoque locos cadit: similis enim est figura ei, quae apud Propertium, ut hoc utar, legitur (1, 15, 29): „Muta prius vasto labentur flumina ponto, Annus et inversas duxerit ante vices, Quam tua sub nostro mutetur pectore cura". Itaque eam legem, quam supra attuli, in hanc formam redegerim: „Coniunctivus in condicione tum ponitur, cum is qui loquitur id quod dicit fieri posse existimat, aut certe tale verbis facere vult". Huiusmodi exemplum apud Aristophanem quoque exstat Av. 1075 ἢν — τῶν τυράννων τίς τινα τῶν τεθνηκότων ἀποκτείνῃ, τάλαντον λαμβάνειν (sc. ἐπαναγορεύεται): ubi locus hac ipsa condicionis forma nititur: idem si serio dicere contraque naturam rem esse ostendere voluisset, alia condicionis forma uti debuisset, velut: εἴ τις ἀπέκτεινεν, ἔλαβεν ἄν (aut fortasse εἴ ἀποκτείνειε, λάβοι ἄν).

Iam veniamus ad condiciones, optativo elatas. In quibus hoc notatu dignum est, quod apud ceteros saepissime, apud Aristophanem fere constanter in apodosi optativus cum ἄν ponitur; earum vero, quae coniunctivo enuntiantur, in apodosi plerumque futurum legimus, optativum cum ἄν rarissime. Ex quo effici mihi videtur, inter condiciones ipsas, quae coniunctivo enuntientur et quae optativo, eandem fere esse rationem, quam inter futurum et optativum cum ἄν. Optativo autem cum ἄν tum maxime utimur, cum aliquid fieri posse illud quidem existimamus, tamen vix reapse fore putamus, sed haud raro nihil aliud est nisi modestior forma futuri, cum quis aliquid diserte dicere non audet vel non vult. Similiter et optativo in condicione primum tum utimur, cum aliquid fieri posse existimamus, magis tamen non eventurum speramus, coniunctivo autem tum, cum nullam exspectationem habemus. Haec est causa, quod coniunctivo saepe duae ferantur condiciones, utram libet eligendi optione data, optativo apud Aristophanem quidem nunquam. Quin etiam optati-

vum de eo etiam dicimus, quod etsi nec fore nec fieri posse certo scimus, tamen quem eventum haberet, si fieret, meditamur. Alibi discrimen tam tenue est, ut verbis definiri vix queat. Haec tantum addam, coniunctivum tum saepius poni, cum condicio ad vitae usum conferatur; optativo saepius ibi locum esse, cum condicio tanquam in cogitatione sola posita, etiamsi de rebus ad vitam pertinentibus agatur, proferatur. Quare illud legis latoris est, hoc philosophi. Eadem de causa, ut rectissime Gildersleeveus, optativus saepe ponitur, cum aliquis ut aliquid fiat optat aut contra ne fiat metuit (vide, si tanti est, optimum exemplum in L. 146, ubi etiam ὃ μὴ γένοιτο additum est). Idem solet in exemplis fictis, quae dicuntur, et in comparationibus usurpari.

Condiciones, optativo elatas, in duas partes divisi, quarum altera ad futurum spectat, quas *futuras* appellabo, altera rem saepius in praeterito repetitam indicat, quas *generales* appellabo. Ordiamur igitur a futuris condicionibus.

I. CONDICIONES FUTURAE.

Hoc condicionum genus item in duas species divisi, quarum altera continet eas, quae aut per se stant aut, si alicunde pendent, etiam in recta oratione eandem formam habiturae erant, quas brevitatis causa *potentiales* appellabo; altera eas, quae optativum ideo habent, quod ex historico tempore suspensae sunt, at si absolutae essent, coniunctivum haberent. Dicamus igitur de priore specie.

1) Condiciones potentiales.

In *protasi* huius generis saepius *optativus aoristi* ponitur 37 locis, rarius *praesentis* 20 locis, bis utrumque coniunctum legimus.

Condicionum potentialium usitatissima ac legitima forma ea est, cum in apodosi optativus cum ἄν est; quam legem Aristophanem diligentissime observasse videmus. Nam ex omni numero (59) locorum tres tantum excipiuntur L. 1112. Ec. 647. Pl. 329, quorum in apodosi sunt locutiones οὐχὶ χαλεπὸν τοὔργον, δεινότερόν ἐστι, δεινόν; alibi aut praesto est *optativus cum* ἄν vel qui eius vices sustinet in obliqua oratione *infinitivus cum* ἄν, aut vel totum enuntiatum vel solum verbum auditur, quo referendae sunt locutiones οὐκ εἰ P. 712, οὐκ ἂν εἰ A. 966. N. 108. V. 299. Pl. 924, τί ἂν εἰ Th.

773, τί δῆτ' ἂν εἰ N. 154. 769. L. 399, οὔκουν ἂν εἰ L. 307, ὥσπερ εἰ Av. 180. 282. R. 1158. Ec. 126; praeterea in E. 1057 solus optativus in apodosi est, ἄν auditur. Th. 681 cum futuro in apodosi malim omittere, quia incertus locus est.

Ann. In tribus locis, quos attuli, L. 1112. Ec. 647. Pl. 329, ubi apodosis non optativum cum ἄν habet, sed substantivum vel adiectivum cum ἐστί, aut sine eo, optativus in protasi fere non differt a coniunctivo; velut pro δεινότερόν ἐστιν, εἴ σε φιλήσειεν Ἀρίστυλλος Ec. 247 reponere possis ἐὰν φιλήσῃ. De hoc optativi usu v. Goodwin. 501.

Iam afferamus locos.

Optativus praesentis.

N. 754 εἰ μηκέτ' ἀνατέλλοι σελήνη, — οὐκ ἂν ἀποδοίην τοὺς τόκους. 758 εἴ σοι — γράφοιτο — δίκη, ὅπως ἂν αὐτὴν ἀφανίσειας εἰπέ μοι.

Av. 180 οὗτός — ἐστιν ὀρνίθων πόλος, — ὥσπερ εἰ λέγοις τόπος, ubi εἰ λέγοις ex Cobeti coniectura datum est: nam quod in libris scriptum est ὥσπερ εἴποι τις soloecum videtur: vide Krueg. II, 54, 3, 8. Goodwin. § 242, ubi qui afferuntur loci ex poetis sumpti sunt. Cobeti emendatio vellem propius ad codicum vestigia accederet. Neque vero aliorum coniecturae magis laudandae sunt, ut Dobraei ὥσπερ εἴ γ' εἴποις eo suspecta est, quod Ar. si non nunquam, ut vult Bachmannus (Phil. V Suppl. p. 256), at rarissime γέ cum εἰ coniungit. In eiusdem ὥσπερ ἂν εἴποι τις; quod Dindorfio quoque probatum est, anapaestus vitiosus est, quia ab enclitica initium capit: nam haec particula in trimetro ita collocari solet, ut περ aut sequente consona cum priore syllaba sua spondeum faciat, aut sequente vocali vel dactyli priorem brevem, vel primam tribrachi efficiat, anapaestum autem nunquam incipiat. Neque ipsius Dindorfii correctionem ὡς ἂν εἴποι probaverim, quoniam apud Ar. ὡς cum optativo et ἄν in simili locutione non occurrit. Restat igitur, ut aut Cobeti coniecturam adoptemus, aut cum Blaydesio ὥσπερ εἰ εἴποι τις scribamus, quae synizesis quamquam ipsa insolens est, tamen similibus exemplis, a Bl. collectis, maxime Av. 86 μοι οἴχεται, aliquid defenditur.

197 ὥστ' ἂν κατοικίζοιμι μετὰ σοῦ τὴν πόλιν, εἰ ξυνδοκοίη τοῖσιν — ὀρνέοις. 282 (tr.) ὥσπερ εἰ λέγοις.

L. 118 (Lac.) καί κα ποττὸ Ταΰγετον — ἔλσοιμ' ὄρος, αἱ μέλλοιμί γ' εἰράναν ἰδῆν. In his ἰδῆν, ut Laconicum, pro ἰδεῖν librorum ab

Ahrensio repositum est, ὅρος αἰ pro ὅπᾳ a Meinekeo (Vind. p. 120). Quod valde suspectum est. Nam praeterquam quod a codicum lectione longius abest, anapaestum insuper efficit rarissimum, ne dicam intolerabilem. Nam cum omnino bisyllabae omnes praeter praepositiones, nisi excipiunt aliquam interpunctionem, in medio versu anapaestum perraro ordiuntur (Bernhardi, p. 281), tum interpunctio inter thesim et arsim, nisi forte in uno et altero exemplo, excepto primo pede, ferri non potest (Bernhardi. p. 282, qui etiam paucissimos locos, huic legi adversantes, emendandos censet). De codicum scriptura Mein. haec dicit: „Certum est ὅπᾳ corruptum esse. Dobraeus ὅσεν vel ὁπόσεν tentabat. Sententia sine dubio haec est, se vel Taygeti cacumen adscendere velle, si hoc inde consequatur, ut pacem videat, vel visura sit". Mihi quid de hoc loco iudicandum sit, incertus haereo ob eam maxime causam, quod Laconica dialectus est, cuius syntaxim verisimile est ab Attica nonnihil discrepasse. Attice autem haec haud scio an prorsus sensu careant. Eadem de causa Dobraei ὅσεν vel ὁπόσεν damnandum est. Equidem igitur putaverim, Laconice ὅπᾳ hic „si ibi" vel „ut ibi" significare potuisse.

146 εἰ—ἀπεχοίμεθα,—γένοιτ' ἂν εἰρήνη; 1132 πόσους εἶποιμ' ἂν ἄλλους, εἴ με μηκύνειν δέοι;

Th. 440 (lyr.) ὥστ' ἄν, εἰ λέγοι μετ' αὐτὴν Ξενοκλέης;—δοκεῖν ἂν αὐτὸν—μηδὲν λέγειν. 681 (lyr.) αὐτῶν ὅταν ληφθῇ τις,—εἰ δρᾴη τί πως (ll. εἴ τι δρᾴη), πᾶσιν ἐμφανὴς ὁρᾶν ἔσται, de quo inserto loco supersedeo dicere. 773 τί δ' ἄν, εἰ—ταγάλματα—διαῤῥίπτοιμι; 1221 ἔτ' ἂν καταλάβοις, εἰ διώκοις.

R. 533 ἴσως—ἐμοῦ δεηθείης ἄν, εἰ θεὸς θέλοι. 585 εἴ με τύπτοις, οὐκ ἂν ἀντείποιμί σοι. 1437—40 Εὐρ.· εἴ τις πτερώσας Κλεόκριτον Κινησίᾳ αἴροιεν αὖραι πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα. Διο.· γέλοιον ἂν φαίνοιτο. Εὐρ.· εἰ ναυμαχοῖεν, κἄτα ῥαίνοιεν: de his versibus, quos iam Aristarchus et Apollonius pro spuriis habuerunt, vide Vahlen. p. 8.

Ec. 794 χαρίεντα — πάθοιμ' ἄν, εἰ μὴ 'χομ' (ll. μήχοιμ' aliaque), ὅποι ταῦτα καταθείην (ll. καταθείμην, cf. 796 et 871).

Pl. 136 παύσει' ἄν, εἰ βούλοιτο, ταῦθ' (Πλ.· ὅτιὴ τί δή;). Libri variant: R παύσειαν, εἰ β., ταῦτα. V et A παύσειεν, εἰ β., ταῦτ' ἄν. U παύσειεν, εἰ β., ταῦτα. In Pluti responso omnes consentiunt in ὅτι τί δή, nisi quod V aperto mendo ὅτι δή. Velsenus, ut alii, male Dindorfii coniecturam recepit; quam iam ante me optime refu-

tavit Rutherfordius (The new Phryn. p. 437) et Bambergius 1885, p. 20, qui de hac re ita iudicavit: „Bergkius, Meinekius, Dindorfius, Velsenus trium codicum communi scriptura posthabita Ravennatis ita acceperunt, ut παύσει' ἄν scriberent immemores Kruegeri Gr. gr. II, § 12, 3, 2 apud poetas—ει optativi aoristi terminationem raro, ante ἄν fortasse nunquam elidi docentis.... Itaque Ravennatis παύσειαν illud eodem iudicio damnabimus, quo v. 1019 quod in Vaticano est προτείνοιαν et Ran. 1438 quod in UM legitur αἴροιαν. Quod si certum est, quae ex illa scripturae discrepantia colligitur archetypi *a* lectio παύσειεν, εἰ βούλοιτο, ταῦτ' ἄν. Πλ. ὅτι τί δή; ad Aristophanem auctorem referenda erit, cf. de ἄν particulae collocatione Nub. 753. Lys. 1104. Ran. 96."

1037 Γ ρ.· διὰ δακτυλίου—ἔμεγ' ἂν διελκύσαις. Χ ρ ε.· εἰ τυγχάνοι γ' ὁ δακτύλιος ὢν τηλίας.

(Fr. 40, 1 εἰ Πάμφιλόν γε φαίην κλέπτειν.)

Eodem referendum est enuntiatum *concessivum*

L. 113 ἐγὼ—ἄν (sc. ἐθέλοιμι), κἂν εἴ με χρείη (ll. χρὴ ἦ)—ἐμπιεῖν (ll. ἐκπιεῖν).

Optativus aoristi.

Aoristum incohativum bis legimus: Pl. 95 et 510.

A. 923 εἴπερ λέβοιτο τῶν νεῶν τὸ πῦρ ἅπαξ, σελαγοῖντ' ἄν. 944 (lyr.) οὐκ ἂν καταγείη ποτ', εἴπερ—κρέμαιτο. 966 οὐκ ἄν,—εἰ δοίη γέ μοι τὴν ἀσπίδα. 1196 (lyr.) ἐκεῖνο—αἰακτὸν ἂν γένοιτο, Δικαιόπολις εἴ μ' ἴδοι τετρωμένον κἄτ' ἐγχάνοι ταῖς ἐμαῖς τύχαισιν.

E. 855 (tetr. iamb.) εἰ—βριμήσαιο καὶ βλέψειας ὀστρακίνδα,—τὰς εἰσβολὰς τῶν ἀλφίτων ἂν καταλάβοιεν. 1057 (hex.) οὐκ ἂν μαχέσαιτο· χέσαιτο γάρ, εἰ μαχέσαιτο· de omissa ἄν particula v. Kock. ad N. 426.

N. 108 οὐκ ἄν, εἰ δοίης γέ μοι τοὺς φασιανούς. 154 τί δῆτ' ἄν, ἕτερον εἰ πύθοιο—φρόντισμα; 769 τί δῆτ' ἄν, εἰ—τὰ γράμματ' ἐκτήξαιμι; 779 εἰ—ἀπαγξαίμην (sc. ἀποστρεψαίμην ἂν τὴν δίκην). 870 τρίβων εἴης ἄν, εἰ κρέμαιό γε.

V. 73 ἦν οὐδ' ἂν εἷς γνοίη ποτ' οὐδ' ἂν ξυμβάλοι, εἰ μὴ πύθοιθ' ἡμῶν. 299 (lyr.) οὐκ ἄν,—εἰ κρέμαισθέ (ll. κρέμεσθε V, κρέμοισθε cett!) γ' ὑμεῖς. 1404 εἰ—πυροὺς πρίαιο, σωφρονεῖν ἄν μοι δοκεῖς: de δοκοῖς, quod nonnulli codices exhibent deterioris notae, optime disputavit Rutherfordius in Phrynicho suo p. 446.

P. 330 (tr.) οὐκ ἂν ὀρχησαίμεθ', εἴπερ ὠφελήσαιμέν τί σε.

712 Τρυ.· ἆρ' ἂν βλαβῆναι διὰ χρόνου τί σοι δοκῶ,—τῆς Ὀπώρας κατελάσας; Ἑρμ.· οὔκ, εἴ γε κυκεῶν' ἐπιπίοις βληχωνίαν. In hoc loco duplex vitium inesse ait Bachmannus (Philolog. V Suppl. p. 256), quod γέ particula εἰ coniunctionem excipiat, cum alibi Ar. has voculas seiungere soleat (cf. Dobraei Adv. crit. II, p. 187), et quod ad οὐκ desideretur ἄν, ut in A. 137. 966. 1035. N. 108. V. 298. (P. 907). Av. 11. (816). L. 113. 115. 130. Pl. 924. Quare scribendum censet οὔκ, εἰ κυκεῶνά γ' ἐπιπίοις, aut, quod malit, οὐκ ἂν κυκεῶνά γ' ἐπιπιών. Hae coniecturae quam sint inutiles, in libro meo „De praepp. usu Ar." p. 120 ostendi. Particularum enim collocatio εἴ γε, quamvis apud antiquos quidem rara sit, satis tamen defenditur et ipsius Aristophanis loco Pl. 1202, quem Bachmannus sane eadem de causa mutandum censet, et aliorum, ut Eur. Or. 1513. Thuc. 6, 18, 2; 8, 87, 4; Dem. 7, 8; 8, 16; Lys 31, 27; Antiphan. 3, 105, 2 M. Platonis locos Astius in lexico I, p. 601 collegit, Xenophontis multos Baeumleinius Gr. Patrikeln p. 65. * Nec plus altera eius dubitatio valet: nam eorum, quos contulit, locorum et huius, de quo agitur, longe alia ratio est. In illis enim ἄν necessarium est, quia optativus vel praeteritum simul auditur; in hoc ea particula nihil opus est: nam negatio ad indicativum δοκεῖς, quod auditur, pertinet (οὐ δοκεῖς ἂν βλ., εἰ...); οὐ δοκῶ ποιεῖν autem eodem modo dicitur atque οὐκ ἐῶ, οὔ φημι ποιεῖν.

1262 εἰ διαπρίσειεν,—λάβοιμ' ἂν αὖτ' εἰς χάρακας, ubi libri dant διαπρισθεῖεν. Emendandi duplex via esse videtur: aut διαπρίσειεν scribendum, ut Meinekeus in exemplari suo edidit, aut cum Dindorfio διαπρισθείη, quod Mein. ipse postea in Vindiciis p. 49 probavit.

Av. 163 ἐνορῶ βούλευμα — καὶ δύναμιν, ᾗ (ll. ἣ) γένοιτ' ἄν, εἰ πίθοισθέ μοι. Ita correxit Dawesius codicum πείθεσθε et πείθεσθαι, quod veri simillimum videtur, quamquam aliter quoque locus emendari potest.

L. 111 ἐθέλοιτ' ἄν,—εἰ μηχανὴν εὕροιμ' ἐγώ,—καταλῦσαι τὸν πό-

* Eadem de causa, credo, Cobetus Meinekeo probatus in V. 816 pro ἵνα γ', ἢν καθεύδῃς,—ἐξεγείρῃ σ' οὗτοσί scribi iussit ἵν' ἂν ἦν, quod quam falsum sit vel pueri nunc sciunt. At ἵνα γε praeter hunc locum bis apud Ar. occurrit E. 797 et 801.—Nec saepius additur γέ iurisiurandi formulis, ut supra dixi; similiter bis tantum Ar. posuit ὥσπερ γε V. 172 et R. 1158.

λεμον; 191 Λυσ.· τίς ἂν — γένοιθ' — ὅρκος; Καλ.· εἰ λευκόν ποθεν ἵππον λαβοῦσαι τόμιον ἐντεμοίμεθα.

307 (tetr. iamb.) οὔκουν (ll. οὐκοῦν) ἄν, εἰ τὼ μὲν ξύλω θείμεσθα, — τῆς ἀμπέλου δ' εἰς τὴν χύτραν τὸν φανὸν ἐγκαθέντες ἅψαντες εἶτ' εἰς τὴν θύραν — ἐμπέσοιμεν; In his L exhibet θείμεσθα, R. θώμεσθα, unde Reisigius (Coni. p. 255) ἦν — θώμεσθα coniecit; quo quid efficiatur equidem non video. Nam optativum rectius se habere quam coniunctivum, ἄν particula ostendit; sed quod verbum ad οὔκουν ἄν audiatur, nemodum explicavit; ἐμπέσοιμεν quidem, ut vertit Brunckius („quidni — in ianuam arietamus"), audiri nequaquam potest: obstant enim verba τὼ μὲν ξύλω et τῆς ἀμπέλου δέ, unde patet θείμεσθα verbo ἐμπέσοιμεν appositum, non suppositum esse. Itaque cum codicum scriptura corrupta videretur, duplex emendandi via inita est: aut servato εἰ cum optativis et particula ἄν οὔκουν in τί δῆτ' vel simile mutant, ut Blaydesius, aut οὐκοῦν, θώμεσθα, ἐμπέσωμεν scribunt, sed pro ἄν εἰ aliud quid substituunt, ut Blaydesius χαμαί (quod tamen nullo pacto ab Ar. profectum esse potest: debebat enim χαμαί verbis τὼ μὲν ξύλω postponi), Schenkius (p. 2) τὰ νῦν, quod non multo plus probabilitatis habet: nam Ar. rarissime adverbiis addit articulum, ita ut adverbiorum vim non amittant: duobus tantum locis, si qua fides Fullero p. 87 haberi potest, N. 1510 τό γε τήμερον (ubi tamen Meinekeus ex Moeridis auctoritate edidit τό γε τήμερον εἶναι) et V. 1074 τὸ πρίν. Ego vero, his nugis omissis, malim traditam scripturam servare, quae non ea est, ut a librario pro alia facile reponi potuerit. Quid si ad οὔκουν ἄν intellegatur id quod sensu requiritur καλὸν εἴη vel καλῶς ἔχοι vel simile: „nonne bonum sit, si"....? Nam si tota apodosis hoc significatu reticeri potest (Krueg. 54, 12, 12. Goodwin. 482) aut si in N. 227 εἴπερ vel in R. 39 ὅστις per se stat verbo omisso, quid est quod idem apud οὔκουν ἄν fieri posse negemus?

399 τί δῆτ' ἄν, εἰ πύθοιο καὶ τὴν τῶνδ' ὕβριν; 1112 οὐχὶ χαλεπὸν τοὔργον, εἰ λάβοι γέ τις ὀργῶντας.

R. 1158 (δὶς ταὐτὸν εἶπεν) ὥσπερ γ' εἴ τις εἴποι γείτονι. 1446 εἰ τῶν πολιτῶν, οἵσι νῦν πιστεύομεν, τούτοις ἀπιστήσαιμεν, οἷς δ' οὐ χρώμεθα, τούτοισι χρησαίμεσθ', ἴσως σωθεῖμεν ἄν, ubi libri contra metrum et usum antiquorum σωθείημεν, de quo vide Rutherfordii The new Phryn. p. 451.

Ec. 95 καλὰ — ἂν πάθοιμεν, εἰ πλήρης τύχοι ὁ δῆμος ὤν, κἄπειτά — τις — δείξειε τὸν Φορμίσιον. 126 (καταγέλαστον τὸ πρᾶγμα φαίνεται) ὥσπερ εἴ τις σηπίαις πώγωνα περιδήσειεν. 647 (an.) δεινότερόν — ἐστι,—εἴ σε φιλήσειεν Ἀρίστυλλος. 791 σεισμὸς εἰ γένοιτο πολλάκις — ἢ διάξειεν γαλῆ, παύσαιντ' ἂν εἰσφέροντες.

Pl. 95 εἰ πάλιν ἀναβλέψειας,—φεύγοις ἂν — τοὺς πονηρούς;

329 δεινόν,—εἰ τριωβόλου μὲν οὕνεκα ὠστιζόμεσθ' ἑκάστοτ' ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, αὐτὸν δὲ τὸν Πλοῦτον παρεῖην τῳ λαβεῖν, ubi mirum in modum Petrius (p. 3) in priore membro ait εἰ idem significare atque ὅτι: quasi illud senibus absurdum videatur, quod in concione inter se trudant. Nota est figura, de qua Baeumleinius (Gr. Partikeln p. 168), Frohbergerus (ad Lys. 12, 47), Schneiderus (ad Isocr. 1, 12) alii disputarunt. Frustra Blaydesius hic tentabat παρήσω, cum diceret: „Vix bene legeretur παρείην, nisi praecessisset δεινὸν γὰρ ἂν εἴη“: neglexit vir doctissimus Ec. 647, quem supra attulimus; quamquam apud alios scriptores quae quidem viderim talia exempla, omnia habent in apodosi optativum cum ἄν.

466 Πεν. · τί ἂν νομίζετε κακὸν ἐργάσασθαι μεῖζον ἀνθρώπους; Χρε. · ὅ τι; εἰ τοῦτο δρᾶν μέλλοντες ἐπιλαθοίμεθα. 509 (an.) εἰ τοῦτο γένοιτο,—οὔ φημ' ἂν λυσιτελεῖν σφῶν. 510 (an.) εἰ — ὁ Πλοῦτος βλέψειε πάλιν διανείμειέν τ' ἴσον αὐτόν (ll. ἑαυτόν), οὔτε τέχνην ἂν — οὔτ' ἂν σοφίαν μελετῴη οὐδείς. 924 οὐδ' ἂν (sc. μεταμάθοιμι), εἰ δοίης γέ μοι τὸν Πλοῦτον. 1062 ὄναιο μέντἂν (ll. μὲν γ' ἂν R, μέντ' ἂν V etc.), εἴ τις ἐκπλύνειε σε. 1136 (ὠφελήσαις ἄν με,) εἴ μοι — ἄρτον — δοίης καταφαγεῖν.

Optativus praesentis et aoristi

una in his invenitur:

N. 749 Στρ.· εἰ — καθέλοιμι — τὴν σελήνην, εἶτα δὲ αὐτὴν καθείρξαιμ' εἰς λοφεῖον,—κᾆτα τηροίην ἔχων, Σω. · τί τοῦτ' ἂν ὠφελήσειέν σε;

L. 149 εἰ — καθήμεθα,—παρίοιμεν,—στύοιντο δ' ἄνδρες κἀπιθυμοῖεν σπλεκοῦν, ἡμεῖς δὲ μὴ προσείμεθ', ἀλλ' ἀπεχοίμεθα, σπονδὰς ποιήσαιντ' ἂν ταχέως. In his καθήμεθα recte a Dobraeo datum est pro καθήμεθα codicum, nisi quis malit καθοίμεθα, στύοιντο δ' ἄνδρες pro στύοιντ' ἂν ἄνδρες item certa correctio est. Quod vero προσείμεθ' a Halbertsma pro προσίοιμεν scriptum est, hoc nullo pacto assentior. Nam et praesens sensu postulatur, quia de re saepius repetita

agitur, ut in ceteris huius loci optativis, et ἀπεχοίμεθα multo melius opponitur verbo προσίοιμεν („si non accedamus, sed abstineamus"), quam προσείμεθα, cui opponi debebat ἀπελαύνειν (cf. v. 1001).

2) Condiciones optativae ex historico tempore suspensae.

Huc rettuli aliquot condiciones, quae optativum in protasi non per se habere videntur, sed propterea, quod apodosis, ad quam accommodantur, aut optativo ipsa elata est aut infinitivo ex tempore historico pendente. Atque has quidem in recta oratione coniunctivo enuntiari debuisse, inde concludimus, quod Ar., cum in potentialium condicionum apodosi fere constanter optativum cum ἄν ponat, hic quoque, si infinitivus ex optativo cum ἄν ortus esset, ἄν addere debebat, quod nusquam invenimus. In ceteris, quarum apodosis ipsa optativum habet, utra sit vera protasis forma, certo sciri non potest. — Ceterum εἰ cum optativo in oratione obliqua antiquitus ortum esse non ex ἐάν cum coniunctivo, ut vulgo docent, sed ex εἰ cum coniunctivo, rectissime vidit Gildersleeveus („On εἰ with the Future Ind." p. 4), cum ἄν orationis rectae in obliqua quoque soleat manere.

In *apodosi* igitur quater *infinitivum*, ex praeterito pendentem, invenimus (a), quinquies *optativum* proprium liberum (b), semel *infinitivum*, ex praesenti suspensum, sed qui ex optativo proprio natus videatur (c), bis in apodosi est *enuntiatio finalis*, ex praeterito suspensa ob eamque causam optativum continens (d), semel apodosis ipsa *condicionem optativam* continet (e). Hic commodissime collocandae videntur tres (vel quattuor) sententiae, quae medium locum tenent inter condicionem et obliquam interrogationem, quales, cum coniunctivo efferuntur, p. 48 sq. tractavi (f).

In *protasi* plerumque legimus *aoristum* 13 (vel 14) locis, *praesens* 3 locis, quorum unus ad *d*, unus ad *e*, unus ad *f* pertinet, *perfectum* uno loco, qui ad *f* refertur.

a) E. 662 παρῆνεσα εὐχὴν ποιήσασθαι,—αἱ τριχίδες εἰ γενοίαθ' ἑκατὸν τοὐβολοῦ, ubi inf. aor. ex imperativo aor. orationis rectae ortus est.

Ec. 194 τὸ συμμαχικὸν — εἰ μὴ γένοιτ', ἀπολεῖν ἔφασκον τὴν πόλιν.

Pl. 836 ὤμην, οὓς τέως εὐηργέτησα δεομένους, ἕξειν φίλους,—εἰ δεηθείην ποτέ. 866 ποῦ 'σθ' ὁ—ἡμᾶς πλουσίους ὑποσχόμενος—ποιή-

σειν εὐθέως, εἰ πάλιν ἀναβλέψειεν ἐξ ἀρχῆς; qui aoristus incohativus est.

b) Haec est quae dicitur *attractio* modi (Kuehner. II, § 399, 6, b). Bis autem, ut supra ostendi p. 17, Ar., attractione neglecta, ἐάν cum coni. posuit.

A. 476 ἀπολοίμην, εἴ τί σ' αἰτήσαιμι.

E. 694 εἰ μή σ' ἀπολέσαιμ',—διαπέσοιμι.

P. 1072 (hex.) ἀπόλοι', εἰ μὴ παύσαιο βακίζων.

L. 235 et 236 εἰ—παραβαίην, ὕδατος ἐμπλῆθ' ἡ κύλιξ, ubi codices ἐμπλησθῇ; correxit Dawesius.

Fr. 105 εἴ γ' ἐγκιλικίσαιμ', ἐξολοίμην, si recte correxit Bergkius omni sensu carentem codicum lectionem.

c) Av. 447 εἰ—παραβαίην, ἑνὶ κριτῇ νικᾶν, ubi ὄμνυμι, cui subicitur infinitivus, a scholiasta explanatur per εὔχομαι: rectius dixisset, hoc verbum ex sententia loci intellegi. Ceterum hoc ad potentiales quoque condiciones referri potest.

d) L. 753 ταύτην εἶχον, ἵνα μ' εἰ καταλάβοι ὁ τόκος ἔτ' ἐν πόλει, τέκοιμ' εἰς τὴν κυνῆν εἰσβᾶσα.

R. 110 ὥνπερ ἕνεκα—ἦλθον,—ἵνα μοι τοὺς ξένους τοὺς σοὺς φράσειας, εἰ δεοίμην.

e) E. 694 εἰ μή σ' ἀπολέσαιμ', εἴ τι τῶν αὐτῶν ἐμοὶ ψευδῶν ἐνείη, διαπέσοιμι.

f) Av. 121 ἱκέται — πρὸς σὲ — ἀφίγμεθα, εἴ τινα πόλιν φράσειας ἡμῖν „si quam urbem indicare habeas“ „не укажешь ли“. Ac ne quis putet, hanc esse vere obliquam questionem, attendat, optativum *aoristi*, non futuri dictum esse. Hic locus eo quoque memorabilis est, quod perfectum pro historico tempore habetur.

Pl. 680 περιῆλθε τοὺς βωμούς,—εἴ που πόπανον εἴη τι καταλελειμμένον, ubi verbum quaerendi cogitatur.

Eodem pertinet, si recte in codicibus scriptus est, locus

V. 819 Φ υ λ.· ἓν ἔτι ποθῶ· τὰ δ' ἄλλ' ἀρέσκει μοι. Β δ.· τὸ τί; Φ ι λ.· θήρῳον εἴ πως ἐκκομίσαις τὸ τοῦ Λύκου, pro quo Meinekeus in Ar. editione violentius οὔπω 'ξεκόμισας substituit, cum in fragmentis comicorum (II, 558) idem εἴ πως ἐκκομίσαιο τοῦ Λ. scripsisset. Maximo opere suspicor eum offendisse in optativi forma non satis Attica: nam cetera versus bonus est. Quod si ita est neque haec forma apud Ar. ferri potest, ut etiam Rutherfordio atticistae optimo videtur (The new Phryn. p. 441), velim lenior adhibeatur medici-

na, quam qua usus est Mein. in editione sua, cum praesertim et particula εἰ et optativus aliqua ex parte defendatur testimonio Herodiani (v. Fragm. com. II, 558 M.), qui hunc versum paullum immutatum memoriae errore Eupolidi assignavit (ἡρῷον εἴ πώς μοι κομίσαιο τοῦ Λύκου). Itaque, cum media forma non satis apta videatur, equidem probaverim lenissimam Reiskei emendationem ἐκκομίσειας τοῦ Λ. De optativo autem post praesens posito vide supra p. 62 et Goodwin. §§ 500—502. Ipsum εἰ post ποθῶ eodem modo dictum est, quo ἦν post ζητοῦσα in N. 535.

Ann. 1. Optativum orationis obliquae, sed ex indicativo ortum, in hoc exemplo legimus (de quo usu vide Goodwin. § 697):

P. 1292 (hex.) θαύμαζον,—εἰ σὺ μὴ εἶης ἀνδρὸς βουλομάχου— υἱός „mirabar ni esses", quod in praesenti ita dicendum erat: θαυμάζω, εἰ σὺ μὴ εἶ. Notandum est, Aristophanem, qui hoc loco aperte Homerum imitatur, minus quam nos grammaticae eius gnarum fuisse: alioqui εἶης non dixisset, quoniam Homerus indicativum or. rectae non mutat in obliqua in optativum (v. Goodwin. § 671). Cf. quae diximus in Av. 977 p. 28.

Ann. 2. De optativo futuri E. 776 ob historicum tempus ex indicativo fut. orto, infra dicetur.

II. CONDICIONES GENERALES.

In *protasi* huius generis, ut in potentialibus et generalibus coniunctivo elatis, multo saepius *aoristum* optativi legimus (14 locis), quam *praesens* (5 locis, quibus unum concessivum annumero), semel utrumque (Th. 842).

In *apodosi* plerumque invenitur *imperfectum* 11 locis, quorum 7 sunt, cum in protasi est aoristus, 3—cum praesens, 1—cum utrumque, rarius *imperfectum cum* ἄν 4 locis (E. 1350. P. 212. 215. Pl. 1010), quorum 3 sunt cum aoristo in protasi, 1 cum praesenti, *aoristus cum* ἄν item 4 locis (A. 639. E. 571. N. 1382. L. 1236), itemque 3 cum aoristo in protasi, 1 cum praesenti, *plusquamperfectum cum imperfecto* coniunctum 1 loco (A. 520) cum aoristo in protasi.

Ann. 1. Egregie errat Petrius, qui (p. 28), si particula ἄν verbo addita sit, inter imperfectum et aoristum quidquam interesse ne-

gat. Immo vero inter impf. et aoristum, cum particula ἄν instructa sunt, idem intercedit discrimen, quod inter nudum impf. et nudum aoristum: nam imperfecto cum ἄν significatur actio diutina repetita, aoristo cum ἄν actio non-diutina repetita. Inter hunc autem loquendi usum et nudum imperfectum nihil fere interesse, recte idem demonstrat duobus locis e Pluto allatis, quorum in altero v. 977 legitur: εἴ—του δεηθείην ἐγώ,—ἅπαντ' ἐποίει μοι, in altero v. 1010 de re simillima: εἰ λυπουμένην αἴσθοιτό με, νηττάριον ἂν καὶ φάβιον ὑπεκορίζετο.

Anm. 2. Actio in praeterito repetita, praeter optativum, imperfecto quoque indicativi potest exprimi. Inter has rationes loquendi quid interesset, cum quaererem, nullum potui discrimen investigare, sed indicativi usus multo rarior est (cf. Goodwin. § 467). Atque quam nihil inter has constructiones intersit, unus clarissime docet locus, ubi de eadem fere re utrumque legimus nullo prorsus sensus discrimine: Pl. 1019 sq. Γ ρ.· καὶ τάς γε χεῖρας παγκάλας ἔχειν μ' ἔφη. Χ ρ ε.· ὁπότε προτείνοιέν γε δραχμὰς εἴκοσιν. Γ ρ.· ὄζειν γε τῆς χρόας ἔφασκεν ἡδύ μου. Χ ρ ε.· εἰ Θάσιον ἐνέχεις.

Iam afferamus locos.

Praesens optativi.

E. 606 (tr.) ἥσθιον—τοὺς παγούρους,—εἴ τις ἐξέρποι θύραζε.

1350 καὶ νὴ Δί' εἴ γε δύο λεγοίτην ῥήτορε, ὁ μὲν ποιεῖσθαι ναῦς μακράς, ὁ δ' ἕτερος αὖ καταμισθοφορεῖν, τούτοιν ὁ τὸν μισθὸν λέγων τὸν τὰς τριήρεις παραδραμὼν ἂν ᾤχετο. Librorum lectio valde turbata est: nam in v. 1350 omnes Velseniani exhibent contra metrum νὴ δία γ' εἰ δύο, nisi quod Venetus contra usum Atticorum, metri ut videtur causa, νὴ δί' εἰ δύω, in v. 1352 omnes consentiunt in aoristo καταμισθοφορῆσαι, sed in sequenti vocabulo variant: τοῦτων praebet R, τοῦτον VPM, τοῦτο θ' ΓΘΔ, τοῦθ' A. In Velseni editione εἴ γε debetur Porsono, καταμισθοφορεῖν τούτοιν Elmsleio. De his quid sentiam, explicabo. Ac primum quidem quod in plurimis codicibus legitur νὴ Δία γ' εἰ propter Porsoni legem (v. p. 16 sq.) suspectum est. Itaque γέ transponendum est. Sed quonam transponendum? Porsonus γέ agglutinavit εἰ particulae. Obloquitur Reisigius (Coni. p. 255), quod δύο sit acuendum, non ipsa condicionis particula, scribique iubet: νὴ Δί' εἰ δύο γε λεγοίτην. Hinc optime discas, quantum ho-

minum opinionibus tribuendum sit: nec enim ego video, cur δύο magis quam εἰ acuendum sit, nec vero facile Aristophanes ita scribere potuit: nam Reisigii coniectura eius legi metricae repugnare videtur. Bachmannus quidem (Philologus, V Suppl. p. 248 sq.) omnibus fabulis diligentissime pertractatis, tres omnino locos repperit, ubi tribrachus in tertio senarii pede ita conformatur, ut priora eius tempora vocabulo bisyllabo vel fine polysyllabi contineantur, tertium autem monosyllabo vel initio sequentis, ut igitur ictus in ultimam brevem cadat: A. 71 σφόδρα γάρ. Av. 1588 περὶ πολέμου. L. 993 εἰδότα με. Quorum primum in eo excusationem habere dicit, quod illo tribracho responsum incipiat (ceterum hoc loco Meinekeus, ex Mehleri coniectura, dedit σφόδρα τἄρ', quod tribrachum quidem tollit, sed anapaestum in tertium pedem immittit, quod malum illo nescio an etiam peius sit). In altero loco ex optimorum librorum vestigiis recte edi περὶ τοῦ πολέμου. In tertio denique loco illud etiam offensioni esse, quod encliticam trisyllabum vocabulum praegrediatur, contra consuetudinem Aristophanis, qui in talibus tribrachis bisyllabam vocem soleat praeponere encliticae; recte igitur recentiores editores cum Porsono scribere εἰδότ' ἐμέ. His quae dixi satis, opinor, refutatur Reisigii correctio. Veniamus ad alias. Brunckius interponi iussit pronomen σοί: Δία γ', εἰ δύο σοι λεγοίτην (unde Bergkius fecit Δία γ' εἴ σοι vel Δί' εἴ σοι δύο), quod expressum oportuisset, cuinam ista dicerent, quae sequuntur, duo oratores. Huic recte opponit Reisigius isto additamento nihil opus esse, quod ex v. 1340 verba ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ animo iam teneat Agoracritus. Praeterea in Brunckii commento anapaestus ita conformatus in tertio pede fere ab Aristophanis consuetudine abhorret: nam, ut observavit Bernhardius (p. 281), „bisyllabae omnes praeter praepositiones, nisi excipiunt aliquam interpunctionem, in medio versu anapaestum ordiri non solent. Cuius legis in trimetris Aristophanis inter centenos anapaestos illos a bisyllabis incipientes perrarae exstant exceptiones" atque in tertio quidem pede una omnino: R. 158 τίνες εἰσίν. Brunckii igitur emendatione locus parum emendatur. Denique Brunckii Bergkiique coniecturae etiam eo damnandae sunt, quod si νὴ Δία γ' εἰ relinquitur, Porsoni lex violatur; sin autem νὴ Δί' εἰ scribitur, γέ omnino ex hoc versu expellitur, quod hic adesse, sive εἰ sive alii voci appositum, ex Aristophanis consuetudine necesse est, ut ostendit Blaydesius in ann. cr. ad Pl. 1010 et Bambergius 1885, p. 18.

Est praeterea haec correctio: Δί' ὅτε γε, quam Elmslei esse ferunt: sed ne hanc quidem probaverim: nam praeterquam quod illius ὅτε nullum vestigium est in codicibus, Ar. in enuntiatis iterativis aut εἰ aut ὁπότε aut ἐπειδή cum optativo coniungere solet, ut infra videbimus; ὅτε semel posuit Ec. 270. Restat igitur Porsoni εἴ γε, quod ab Ar. profectum pro certo affirmare non equidem audeo, tamen omnium,quae quidem adhuc prolata sint, veri simillimum puto: nam εἴ γε, quamvis rarum sit, tamen offendere non posse supra p. 65 ostendi. — Iam veniamus ad v. 1352. Hic veteres editores legebant τοῦτον, quod cum τὸν τὰς τριήρεις coniungebant (ubi cum alia, tum anapaestus tripartitus aliquid offendit: v. Bernhardi p. 249 sq.). Elmsleius coniecit τούτοιν, quod Meinekeus et Velsenus receperunt. Qui cur dualem reponi necesse esse existimaverit, cum Ravennatis τούτων retineri posset, non satis intellego: nam numerum pluralem a duali exceptum contraque cum alibi habes, tum in titulo Attico anni 409, a Meisterhansio n. 1875 allato, ubi scriptum est: φιάλα ἀργυρᾶ σταθμὸν τούτων, cf. Av. 367—9 ἄνδρε — τῶνδε. Sed noli Kockio credere, qui, ut aoristum καταμισθοφορῆσαι servaret, τῶνδε pro τούτων substituit, Kruegeri Gr. 51, 7, 2. 3 citans, qui tamen disertissime docet, eum pronominis ὅδε usum, quo ad antecedentia referatur, ex prosae orationis scriptoribus fere apud Thucydidem et Herodotum reperiri (cf. Kuehnerum ad Xen. Mem. 1, 2, 3). Sed neque τοῦτον neque τούτων neque τούτοιν neque τῶνδε Aristophanem scripsisse contendo. Quid enim est καταμισθοφορεῖν? In scholiis legimus: εἰς μισθὸν ἀναλῶσαι, μισθὸν διδόναι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ τοῖς δικαστηρίοις, τὸν δικαστικὸν καὶ τὸν ἐκκλησιαστικόν. Hinc qui τοῦτον, τούτων, τούτοιν, τῶνδε scribunt aut, priore explicatione scholiastae neglecta, alteram asciscunt, ut Ribbeckius, qui verbum ita interpretatur: „Richter- und Versammlungs-Sold zahlen", aut, si priorem sequuntur, tacite aliquid incertum unde supplent, ut Kockius: „*die Einkünfte des Staates* ganz und gar auf Richter- und Ekklesiastensold verwenden". Attamen veram esse priorem solam scholiastae interpretationem, analogia omnium eiusmodi verborum docet: talia enim cum κατά praepositione composita consumptionem alicuius rei in id, quod ipso verbo exprimitur, significant, ubi Germani *ver*, nos *про* praefigere verbo solemus. Multa huiusmodi collegit Zeunius ad Vigerum p. 638 maximeque Frohbergerus in appendice ad Lysiae or. XIV, 27. Haec sunt: κατακυβεύειν rem alea perdere проиграть, καθιπποτροφεῖν rem

perdere equis alendis, καταλειτουργεῖν muneribus edendis rem familiarem minuere, καταρᾳθυμεῖν, καταριστᾶν, καταμωραίνειν, καταληρεῖν, καταφροντίζειν, καταχορηγεῖν, κατεσθίειν, καταβιβρώσκειν, καταπίνειν, καταχαρίζεσθαι, καταπαιδεραστεῖν, καταμισθοφορεῖν, καθηδυπαθεῖν etc. Quorum usum cum apud scriptores considerarem, ubique sine exceptione vidi iis, ut verbis transitivis, si active dicta sunt, accusativum obiecti aut apponi aut ex antecedentibus intellegi. Ubi, quaeso, est hoc obiectum nostro loco aut unde audiri potest? Quod si obiectum necessarium est, quid restat, nisi ut τοῦθ' codicis Parisini pro genuina scriptura habeatur? Huc aliud accedat, quod de illis verbis observavi: longe plurimis locis verba illa aut in aoristo aut in perfecto aut in plusquamperfecto posita sunt, id quod optime eorum significationi convenit. Quod etsi ipsum non magni est momenti, tamen hic, cum id agatur, utrum aoristum, qui in codicibus legitur, retineamus, an cum Elmsleio praesens reponamus, nonnulli momenti debet esse. Ne multa, scribendum est e codice Parisino καταμισθοφορῆσαι τοῦθ', * quo ducit etiam prava scriptura codicum ΓΘΔ τοῦτο θ', quae haud dubie orta est ex τοῦτο et suprascripto θ' **. Ex eodem τοῦτο, antiquo more sine elisione scripto ***, τοῦτον, quod in codicibus VPM legitur, natum est, quod librarii, ut saepe solent, hiatus evitandi causa atque ut pronomen ad proximum τὸν τὰς τριήρεις accommodarent intulisse videntur. Ex τοῦτον vero profectum est τοῦτων Ravennatis, cuius originem vel accentus circumflexus satis indicat. Quibus expositis, restat ut lectionem nostram interpretemur. Ac primum quidem καταμισθοφορῆσαι, ut supra dixi, hoc significat: „consumere (aliquam pecuniam) in mercedem (in comitiis et iudiciis dandam)". *† Quae sit haec pecunia, pronomine τοῦθ' significatur, quo quid indicetur, ex tota praecedente sententia

---

* Hanc scripturam Bentleio quoque, criticorum facile principi, probatam fuisse video.

** Madvigius in Emendationibus Livianis p. 18 sq. (ed. I) aliquot eiusmodi errores collegit, ut ex *rarisque* et suprascripto *verutis* (Liv. X, 29, 7) ortum est *ve rarisque rutis*.

*** Huius rei multa exempla attulit ex antiquissimis Menandri fragmentis, nuper repertis, saeculi fere IV, Jernstedtius noster, professor Petropolitanus, in libro optimo, qui inscribitur „Порфиріевскіе отрывки изъ Аттической комедіи", Petropoli edito a. 1891; vide eius p. 47.

*† Mirum in modum Dindorfius hanc vocem interpretatur: „pecuniam impendere stipendio militum mercennariorum": quasi hic de militibus agatur.

intellegitur: est autem τὸ δαπάνημα εἰς τὰς ναῦς, ut recte Brunckius vidit. Durius hoc est, fateor; sed in cottidiano simplicique sermone nihil offensionis habet: nam sensus facillime intellegitur: ac saepe ipsi loquentes talia admittimus. Iam vero redeamus ad propositum.

Av. 508 (an.) ὥστ' εἴ τις καὶ βασιλεύοι, — ἐπὶ τῶν σκήπτρων ἐκάθητ' ὄρνις, qui locus optime iis opponi potest, qui condicionales sententias iterativas fere pro temporalibus habent: nam haec sententia condicionalis, ut aliae, quae locutione εἴ τις ducuntur, fere sententiae relativae vel etiam substantivi vice fungitur,

L. 1236 εἰ μέν γέ τις ᾄδοι Τελαμῶνος, — ἐπῃνέσαμεν ἄν.

Concessivum enuntiatum habemus in

N. 965 (an.) ἔδει — βαδίζειν — τοὺς κωμήτας γυμνούς, κεἰ κριμνώδη κατανίφοι.

Aoristus optativi.

A. 520 εἴ που σίκυον ἴδοιεν, — ταῦτ' ἦν μεγαρικὰ κἀπέπρατ' αὐθημερόν. 639 (an.) εἴ — τις — λιπαρὰς καλέσειεν Ἀθήνας, ηὕρετο πᾶν ἄν.

E. 423 (tetr. iamb.) εἰ — ἴδοι τις, — τοὺς θεοὺς ἀπώμνυν, quod recte a Bentleio restitutum est pro ἀπώμνυον codicum, de quo vide Rutherfordium ad Babrium p. 53. Cf. Meisterhans. p. 153.

571 (tr.) εἰ — πέσοιεν εἰς τὸν ὠμόν, — τοῦτ' ἀπεψήσαντ' ἄν.

N. 970 (an.) εἴ — τις — βωμολοχεύσαιτ' ἢ κάμψειέν τινα καμπήν, — ἐπετρίβετο. 1382 (tetr. iamb.) εἰ μέν γε βρῦν εἴποις, — ἂν πιεῖν ἐπέσχον.

P. 212—5 εἰ μὲν οἱ Λακωνικοὶ ὑπερβάλοιντο μικρόν, ἔλεγον ἄν· — εἰ δ' αὖ τι πράξαιτ' ἀγαθὸν ἀττικωνικοί, κἄλθοιεν οἱ Λάκωνες εἰρήνης πέρι, ἐλέγετ' ἂν ὑμεῖς εὐθύς, ubi πράξαιτ' pro πράξαιντ' recte repositum est, quia et secunda persona verbi sensu requiritur et medium in tali locutione soloecum est; item veri simile est, quamquam necessarium non est, ἀττικωνικοί pro ἀττ. ex Kruegeri gr. 50, 8, 13 et 15 (cf. etiam Bachmann. Coni. p. 43 sq. Fuller. p. 39 et 67): nam etsi nomen, pronomini personali appositum, articulo plerumque ornatur (ut A. 329 τοῖς Ἀχαρνικοῖσιν ἡμῖν), tamen est ubi eo careat (ut L. 760 ἐγὼ — τάλαινα), atque universe in numero plurali nominum gentiliciorum articulus modo additur modo non additur.

677 εἴ — ποτ' ἐξέλθοι στρατιώτης, εὐθέως ἀποβολιμαῖος τῶν ὅπλων ἐγίγνετο.

Av. 1490 (lyr.) εἰ — ἐντύχοι τις — Ὀρέστῃ, γυμνὸς ἦν.

Pl. 977 εἴ — του δεηθείην ἐγώ, ἅπαντ' ἐποίει — μοι. 1010 καὶ νὴ Δί' εἰ λυπουμένην αἴσθοιτό με, νηττάριον ἂν καὶ φάβιον ὑπεκορίζετο, ubi νηττάριον recte pro νιτάριον restitutum esse videtur, sed de φάβιον, quod pro βάτιον a Meinekeo (Vind. p. 220) substitutum est, dubito. Quod vulgo legitur φάττιον, a Bentleio datum, cum proceleusmaticum faciat cum proxima voce, nonnihil suspectum est, quamquam tam bene inventum est, ut metrica difficultas neglegi possit. Ceterum post λυπουμένην particulam γέ, in R omissam, ex VAU addendam esse recte vidit Bambergius 1885, p. 18. Cf. quae supra diximus p. 72.

Ann. 1. Praeterea sunt in Thesm. tres loci, ubi εἰ cum optativo repetitionem non in praeterito, ut solet, sed in praesenti significat, ut idem quod ἐάν cum coniunctivo valeat. In causa est quod illa enuntiata verbo χρῆν subiecta sunt, quod formam praeteriti habet, sed significationem praesentis.

Th. 832–6 (tr.) χρῆν γὰρ ἡμῶν εἰ τέκοι τις ἄνδρα χρηστὸν τῇ πόλει,—λαμβάνειν τιμήν τινα. — εἰ δὲ δειλὸν καὶ πονηρὸν ἄνδρα τις τέκοι γυνή,—ὑστέραν αὐτὴν καθῆσθαι — τῆς τὸν ἀνδρεῖον τεκούσης, ubi χρῆν in v. 832 recte restitutum est pro χρή codicum, ut ex v. 842 χρῆν et 835 ἤγομεν apparet; item in v. 836 recte εἰ pro ἤν Porsonus correxit. 842 (tr.) ἦ χρῆν, εἰ δανείσειέν τινι καὶ τόκον πράττοιτο διδόναι μηδέν' ἀνθρώπων τόκον, ubi item in libris perperam legitur ἦν. Optativis praeteritam repetitionem significari non posse quivis videt. Neque veri simile est ad futurum pertinere condiciones: nam primum apodosis irrealis est, quae est rarissima condicionum forma (vide Goodwin. § 508), deinde protasis potentialis a sententia loci aliena videtur (v. quae p. 60 disputavimus), tum nusquam apud Ar. quidem vidimus alternatas, quas dicunt, condiciones futuras optativo potentiali efferri (εἰ μέν..., εἰ δέ), id quod in generalibus facile fit (ut P. 212—215). Denique totius loci ratio postulat, ut his enuntiatis actiones in praesenti repetitae significentur: „oportebat enim, si qua utilem civitati virum peperisset, affici honore aliquo“ etc.

Ann. 2. Dubius haereo, quo referam locum
Fr. 592,1 πλὴν εἴ τις πρίαιτο – βασκάνιον.

C. Condiciones irreales.

Cum quis non esse aliquid vel non fuisse (vel non futurum esse) scit ille quidem, sed coniecturam facit de eo, quod esset vel fuisset, si illud fieret vel factum esset, Graece ad hoc exprimendum ponitur in protasi εἰ cum indicativo praeteriti (imperfecti, aoristi, plusquamperfecti), in apodosi praeteritum cum ἄν plerumque coniunctum. Quas condiciones ego, ut alii, *irreales* appello.

Vulgo docent, imperfecto et in protasi et in apodosi eum rerum statum significari, qui nunc esset, si servata esset condicio, sed qui re vera non sit, propterea quod illud alterum ipsa re non fiat; aoristum autem de tali rerum statu praeterito dici. Futuras vero res hac condicionis forma nullo pacto significari posse censent. Falsam esse hanc doctrinam statim demonstrare conabor.

Ac primum quidem imperfectum utrobique de re praeterita tam saepe usurpatur, ut pro exceptione haberi, ut illi docent, non possit. Veluti apud Aristophanem

a) imperfectum et in protasi et apodosi ad praeteritum his locis pertinet: A. 137. E. 506. L. 516. (R. 1374, v. infra);

b) imperfectum in protasi, cum in apodosi est aoristus rem praeteritam indicans, et ipsum ad praeteritum pertinet: P. 908. Av. 786 (ubi agitur de spectatore aegre impatienterque assistente tragico actui, qui comoediae actum antecedebat). 1223. L. 1025. R. 1374 (ubi in apodosi et aoristus et imperfectum una invenitur). Ec. 407;

c) imperfectum in apodosi, praecedente in protasi item imperfecto, ad quodlibet tempus pertinente, rem praeteritam indicat in N. 1056;

d) imperfectum in apodosi, cuius protasis aoristo elata est, ad praeteritum spectat in A. 138 (quem supra quoque attuli) (et 541?).

Ad praeteritum haec spectare, ex iis, quae opponuntur, discimus, ut in L. 516 cum dicitur: κἂν ψμωζές γ', εἰ μὴ 'σίγας „et plorasses (vel plorares), nisi tacuisses (vel taceres)", intellegendum est: „propterea non plorabas, quod tacebas".

Itaque ex 26 enuntiatis, quorum protasis imperfecto elata est, in apodosi item imperfecto aut aoristo posito, et 7 enuntiatis, ubi in apodosi est imperfectum, in protasi autem aoristus, ex 33 igitur enuntiatis 10 (quod tertiam fere partem totius numeri facit) ita comparata sunt, ut imperfecto res praeteritae significentur.

Neque aoristus semper, ut vulgo docent, ad praeteritum pertinet. Veluti in Th. 793, ubi mulieres viros irrident, qui cum feminam malum esse dicant, uxores suas nihilo minus diligentissime custodiunt: οὓς χρῆν σπένδειν καὶ χαίρειν, εἴπερ ἀληθῶς ἔνδοθεν ηὕρετε φροῦδον τὸ κακὸν καὶ μὴ κατελαμβάνετ' ἔνδον, quis, quaeso, aoristo rem praeteritam significari putet? Similis ratio est protasis Ec. 735 εἰ τὸ φάρμακον ἔψουσ' ἔτυχες, * ubi si v. ἔτυχες omisisset Ar., sine dubio dixisset εἶ ἥψες. Ut iis locis aoristi actio in omne tempus valet, ita in R. 542 aoristum et imperfectum in protasi et apodosi vix quisquam de praeterito et praesenti accipiat, sed aut de futuro aut de quolibet tempore: οὐ γὰρ ἂν γέλοιον ἦν, εἰ Ξανθίας μὲν— ᾔτησεν ἀμίδ', ἐγὼ δὲ — τοὐρεβίνθου 'δραττόμην· οὗτος δ' — εἶδε, κἄτ' ἐκ τῆς γνάθου — μοὐξέκοψε τοὺς χοροὺς τοὺς προσθίους; Bacchus enim de futuro tempore cogitare videtur, sed quae dixit in omne tempus valent: nam quolibet tempore ridiculum videretur, si quid tale accideret.

Luculentissimum exemplum aoristi in apodosi, ad praesens vel quodlibet tempus pertinentis, habemus in (Xen.) Reip. Ath. 1, 10: εἰ νόμος ἦν τὸν δοῦλον ὑπὸ τοῦ ἐλευθέρου τύπτεσθαι,—πολλάκις ἂν οἰηθεὶς δοῦλον εἶναι τὸν Ἀθηναῖον ἐπάταξεν ἄν: opponitur enim ἀλλ' οὐ τύπτει, ὅτι κτλ.

Aperte de re futura accipiendus est uterque aoristus in Ec. 191 χαρίεντά γ' ἂν ἔδρασας, εἰ τοῦτ' εἶπας ἐν τῇκκλησίᾳ: nondum enim contio fuit, sed futura est: timet igitur Praxagora, ne mulier, quae modo per Venerem iuravit, idem in contione faciat. Eodem sensu dictus est aoristus cum ἄν in Ec. 134 τοιαῦτ' ἂν ἡμᾶς εἰργάσω κἀκεῖ (h. e. ἐν τῇκκλησίᾳ). Nec dubitari potest, quin aoristus in apodosi de futura re dictus sit in E. 1276, ubi comicus se excusat, quod Ariphradi, homini nequissimo, maledicturus, fratris quoque eius Arignoti, viri optimi, mentionem facere cogatur: εἰ — ἄνθρωπος — ἦν ἔνδηλος, οὐκ ἂν ἀνδρὸς ἐμνήσθην φίλου. Alio loco Av. 790, ubi commoda enumerantur, quae spectatores, si essent alati, capere possent, protasis ipsa praesenti indicativi elata ostendit, aoristos et imperfectum cum ἄν in apodosi, quippe quae protasim necessario sequantur, ad futurum spectare: εἴ τε Πατροκλείδης τις ὑμῶν τυγχάνει χεζητιῶν, οὐκ ἂν ἐξίδισεν εἰς θοἰμάτιον, ἀλλ' ἀνέπτετο, κἀποπαρ-

* Inter imperfectum et aoristum verbi τυγχάνειν quam tenue ac nescio an nullum sit discrimen, optime discas comparato hoc loco cum Ec. 407 εἰ παρὼν ἐτύγχανον.

δὼν κἀναπνεύσας αὖθις αὖ κατέπτετο· εἴ τε μοιχεύων τις ὑμῶν ἔστιν ὅστις τυγχάνει, κᾆθ' ὁρᾷ τὸν ἄνδρα τῆς γυναικὸς ἐν βουλευτικῷ, οὗτος ἂν — ἀνέπτετο, εἶτα βινήσας ἐκεῖθεν αὖθις αὖ κατέπτετο, ubi ad omnes aoristos et imperfectum cum ἄν altera protasis ex antecedentibus intellegitur: εἰ ἦν ὑπόπτερος. Neque aliter nisi de futuro accipi potest aoristus cum ἄν in Av. 1692 εὖ γε μέντἂν διετέθην (frustra Meinekeus, Hamakerum secutus, διετίθην), cuius protasis εἰ μεθ' ὑμῶν ἦα ex praegressis intellegitur. lubenti enim Neptuno secum in caelum ascendere Hercules male sibi se consulturum dicit, si carnibus relictis cum iis proficiscatur. Huc fortasse referendus est aoristus et imperfectum in protasi et apodosi loci lepidi V. 1437, ubi mulier Sybaritis echino fracto, qui eam in ius vocabat, haec dicit: εἰ,—τὴν μαρτυρίαν ταύτην ἐάσας, ἐν τάχει ἐπίδεσμον ἐπρίω, νοῦν ἂν εἶχες πλείονα, cui loco simillimus est alter, optativo elatus, V. 1404 εἰ — ἀντὶ τῆς κακῆς γλώττης ποθὲν πυροὺς πρίαιο, σωφρονεῖν ἄν μοι δοκεῖς. Opponi videtur: „non tamen emes neque igitur mentem habebis“ (cf. Av. 1371).

Haec omnia ad futurum pertinere opposita docent. Veluti in Ec. 191 haud dubie opponitur: „non tamen re vera haec dices neque ideo haec lepida nobis facies“.

Similes locos haud paucos ex tragicis collegit A. Winterus (De modorum etc. p. 16), quamquam de multis locis difficile esse dicit certi quidquam statuere: Aesch. (Dind.) Suppl. 288. Soph. (Dind.) Ant. 755. O.R. 402. 1386 (?). O.C. 905. 1348. Eur. (Nauck.) Alc. 357. 737. Med. 1351. Hipp. 1022. 1042. H. F. 232. 436. 655. Hel. 75. 1622. Phoen. 1561. I. A. 1211. Huc addo aoristum cum ἄν ex Soph. O. R. 1372 (ἂν προσεῖδον) et impf. cum ἄν ex Eur. Alc. 296 (ἂν ἔζων). Bonum eiusmodi exemplum apud Lucianum quoque vidi (Dial. Meretric. 2, 4 ad fin.), ubi Myrtium meretrix Pamphilo amatori suo, quem timebat ne aliam duceret uxorem, postquam frustra se timuisse ex illo cognovit, haec dicit: ἀπέσωσας, ὦ Πάμφιλε· ἀπηγξάμην γὰρ ἄν, εἴ τι τοιοῦτο ἐγένετο. *

* Latine quoque imperfectum coni. in talibus de re futura dici posse auctor est Riemannus (Synt. Lat. § 207, n. 1), qui haec affert istius usus exempla: Tac. Ann. 12, 37 „supplicium mei oblivio sequeretur (=sequatur)“ et Cic. Tusc. 1, 41, 98 „quanta delectatione autem afficerer, cum Palamedem, cum Aiacem, cum alios iudicio iniquo circumventos convenirem“, quod a Platone Cicero convertit: Apol. 41 A B ἔμοιγε—θαυμαστὴ ἂν εἴη ἡ διατριβὴ αὐτόθι, ὁπότε ἐντύχοιμι Παλαμήδει καὶ Αἴαντι etc.

Plures igitur loci sunt, quam ut aut omnino neglegi aut exceptionum numero haberi possint. Itaque si imperfecto et imperfectum et futurum opponitur, aoristo autem saltem aoristus et futurum (etiam praesens sine ullo sententiae damno opponi potest), si denique est ubi dubius haereas, ad quod tempus referas condicionem (ut A. 541. Av. 1223), restat, ut legem illam parum recte datam statuamus atque Graecos in aoristo et imperfecto in talibus eligendo non tempus condicionis, sed aliud quidpiam attendisse putemus.

Quid igitur inter aoristum et imperfectum in his condicionibus interesse statuamus? Et hic ipse eorum apud scriptores usus et reliqui usus analogia disertissime docet, aoristum et imperfectum hic, ut alibi, specie actionis inter se differre, ut imperfecto actio diutina vel saepius repetita, aoristo non-diutina designetur. Temporis vero, ad quod condicio pertinet, Graeci, ut nos, nullam rationem habuerunt, ut si quis talem condicionem ad praesens etiam pertinentem afferat, aoristo uti possit, si actionem non-diutinam esse velit. Quodsi de futuro rarius irrealis forma dicitur, causa est, quod propter ipsam rerum naturam, ut mox viderimus, in futura condicione illa forma non saepe opus fuit. Nam futurae condiciones, ut supra vidimus, etiam indicativo futuri, coniunctivo, optativo enuntiantur. Videamus igitur, quid inter potentiales et irreales condiciones intersit. Harum longe plurima pars ita comparata est (quo pertinent omnes tragicorum loci et ex Aristophaneis E. 1276 et Av. 790), ut in protasi, imperfecto elata, de eo agatur, quod praesenti rerum statui contrarium sit obstetque, ne aliud fiat, de quo agitur in apodosi. In ceteris exemplis (Av. 1692). Ec. 191. (V. 1437). Lucian. Dial. Meretric. 2, 4, in quibus utrumque membrum ad futurum pertinet, itidem praesens rerum status actionem protasis ideoque apodosis fieri prohibet, id quod aut ex ipsis verbis aut e tota loci sententia intellegitur. Longe alia ratio est potentialium condicionum. Hic neque praesens rerum status respicitur, et utrumque enuntiatum semper ad futurum spectat, et is qui loquitur plerumque non dubitat, quin utrumque fieri possit, atque etiam si de aliqua re naturae contraria dicit, hoc quodammodo obliviscitur fereque posse fieri fingit. Ne multa: hic nihil opponitur, ibi semper intellegitur illud re vera fieri non posse.

Sed est ubi ad sensum nihil referat, utrum dicas, veluti in V. 1404 et 1437, quos locos supra attuli, aut in Platonicis Prot. 311

B. C. D, a Goodwino § 414 allatis, εἴ τίς σε ἤρετο, τί ἂν ἀπεκρίνω; et εἰ οὖν τις ἡμᾶς ἔροιτο, τί ἂν αὐτῷ ἀποκρινοίμεθα; *

Plusquamperfecti usus in enuntiatis condicionalibus admodum angustis finibus circumscriptus est. Semel enim legitur in apodosi L. 1099, cuius protasis aoristum habet, ter in protasi N. 1347. Th. 596. 1119, in apodosi aoristo aut imperfecto posito. In his omnibus propriam vim suam retinet, ut statum, qui actionem sequitur, significet ac simillime imperfecto adhibeatur. (Verba κεῖσθαι et καθῆσθαι, ut alibi, pro praesentibus habeo).

In *apodosi* Ar. constanter praeterito indicativi ἄν particulam addit, exceptis duobus locis Th. 793 et Pl. 586, ubi legitur (ἐ)χρῆν, quod hac particula carere solet. Bis invenimus additam particulam, ubi etiam abesse poterat: L. 2 ἦν ἄν (v. Goodwin. § 416) et V. 706 ῥᾴδιον ἦν ἄν (?).

Numeros et rationem temporum protasis et apodosis hac tabula describam:

Protasis.	Apodosis.					
	Impf. cum ἄν.	Impf. sine ἄν.	Aor. cum ἄν.	Aor. otimpf. cum ἄν.	Plqp. cum κά.	abest.
Imperfectum 28	15 **	2	9	1	—	—
Aoristus 13.....	8	—	3	—	1	1
Impf. et aor. 2.....	1	1	—	—	—	—
Plqp. 3.....	1	—	2	—	—	—

* Idem ad Latinorum quoque usum valere, docet Riemannus (Synt. Lat. § 206, n. 2), qui haec duo exempla comparari iubet: Cic. Cat. 1, 8, 19 „haec si tecum—patria loquatur, nonne impetrare debeat?“ et Cic. Div. in Caec. 5, 19 „Sicilia tota, si una voce loqueretur, hoc diceret“.

** Huc refero infin. praes. cum ἄν in or. obl. E. 1176.

Εἰ cum imperfecto coniunctum.

In *apodosi*, ut ex tabula cognoscas, plerumque est impf., rarius aor. cum ἄν, semel utrumque, bis ἐχρῆν sine ἄν, semel inf. praes. cum ἄν in or. obl. Semel Ec. 219—220 uni apodosi subiecta est duplex protasis. Bis A. 137. P. 908 in apodosi legimus οὐκ ἄν, ut verbum ex praecedentibus audiatur.

Iam afferamus locos.

A. 137 Θεωρ.· χρόνον μὲν οὐκ ἂν ἦμεν ἐν Θράκῃ πολύν. Δικ.· μὰ Δί' οὐκ ἄν, εἰ μισθόν γε μὴ 'φερες πολύν.

E. 506 (an.) εἴ — τις — τῶν ἀρχαίων — ἡμᾶς ἠνάγκαζεν — παραβῆναι, οὐκ ἂν φαύλως ἔτυχεν τούτου, ubi v. Kock. 1176 οἴει — οἰκεῖσθ' ἄν — τήνδε τὴν πόλιν, εἰ μὴ (ἡ θεὸς) — ἡμῶν ὑπερεῖχε τὴν χύτραν. 1276 (tr.) εἰ — ἄνθρωπος (ll. ἄνθρ.) — ἦν ἔνδηλος, οὐκ ἂν ἀνδρὸς ἐμνήσθην φίλου.

N. 231 εἰ — τἄνω κάτωθεν ἐσκόπουν, οὐκ ἄν ποθ' ηὗρον. 1056 (tetr. iamb.) εἰ — πονηρὸν ἦν, Ὅμηρος οὐδέποτ' ἂν ἐποίει τὸν Νέστορ' ἀγορητὴν ἄν.

V. 344 b (lyr.) οὐκ — ἄν ποτε — τοῦτ' ἐτόλμησεν λέγειν, εἰ μὴ ξυνωμότης τις ἦν. 706 (an.) εἰ — ἐβούλοντο βίον πορίσαι τῷ δήμῳ, ῥᾴδιον ἦν ἄν.

708 (an.) τούτων εἴκοσιν ἄνδρας βόσκειν εἴ τις προσέταττεν ἑκάστῃ, δύο μυριάδ' ἂν τῶν δημοτικῶν ἔζων ἐν πᾶσι λαγῴοις. Ita Meinekeus edidit, recepta Dawesii coniectura προσέταττεν pro προσέταξεν et Dobraei μυριάδ' ἄν pro μυριάδες. Quarum illa haud dubie falsa est, haec unice probanda. Aoristum enim in imperfectum propterea mutaverat Dawesius, quod in re praesenti aoristo nullum locum esse existimabat. Quod quam falsum sit, supra ostendimus. Quamquam hic aoristus etiam de praeterito tempore accipi potest: „si quis imperasset, nunc viverent“ (sed quia nemo imperavit, nunc non vivunt). — Alia est ratio versus proximi. Duae res hic offendunt: ἄν omissum in apodosi condicionis irrealis et pluralis μυριάδες cum δύο consociatus. Atque ἄν particula quam hic necessaria sit * quamque

* De eius omissione vide Goodwin. §§ 431. 432.

saepe in codicibus omittatur *, notissima res est, atque in ipso Ravennate plus duodecim locis omissam esse auctor est Poekelius (N. Jahrb. v. 137, p. 252); de constructione autem verbi δύο apud Ar. exposuit Bachmannus in Specimine lex. Ar., quam quaestionem hic retractabo. Δύο, sive nominativus est casus sive accusativus, duobus aut tribus locutionibus exceptis, constantissime apud Ar. cum duali numero nominum omnis generis coniungitur, quae constructio 30 locis invenitur. ** Ac *primae* declinationis nomina cum δύο consociata haec legimus: κλέπτης V. 928, ξυνθιασώτης Pl. 508, πρεσβύτης Av. 320. Pl. 508, — πώλης E. 133, ξυνοικία E. 1001, πόρνη A. 527; *secundae*: δίφρος Fr. 348, (θάνατος) Pl. 488, κόπος R. 1268, κύβος R. 1400, νεκρός R. 1405, ὀβολός V. 52. 1189. R. 140. 141. Fr. 44, τρόπος N. 483, θρίον R. 134, κακόν N. 1060, κρόμμυον Ec. 307, ὀξύβαφον Fr. 70; *tertiae*: ἀνήρ Pl. 441, ἅρμα Av. 1127. R. 1405, δράκων Pl. 733, ἔπος *** R. 1410, πρέσβυς Fr. 639, ῥήτωρ E. 1350, σκεῦος E. 983; adde τὼ—δύο V. 362. Excipiuntur haec tria: δύο δραχμάς A. 66. 90. 159. 161. R. 173. 176. Fr. 614, ἡμέραι δύο, δύ' ἡμέρας N. 1182. 1189. 1223, δύ' ἢ τρεῖς: ψυχάς P. 829. μνᾶς L. 1052. κακά Th. 474. χύτρας R. 506. ὀρχηστρίδες ἕτεραι R. 515,

---

* Vide Brunckii notam ad h. l.: „Vides imperitos illos librorum exscriptores millies in poetis contra metri rationem particulam illam omisisse: quidni idem contigisse credas in solutae orationis scriptoribus". Adde, quod de hac re Cobetus, vir in codicibus multum versatus, protulit (V. L. p. 100): „Nulla est vocula quae facilius intercidat: eius salus saepissime a tenui lineola pendebat, ut oculatiores etiam, quam scribae describendi taedium vix devorantes, dubii haereant utrum ΜΑΛΙΣΤΑ an ΜΑΛΙΣΤᾹ id est μάλιστ' ἄν scriptum sit in codice, quem teneant manibus. Levissima de causa ἄν perit, sive quid praecedit sive sequitur quod non multum discrepet, particula absorbetur". Ad Aristophanem quoque haec valere, cognoscas ex varietate scripturae Ec. 141, ubi pro genuina lectione τοσαῦτ' ἂν εὔχοντ' (= ηὔχοντο) libri vitiose habent: τοσαῦτά γ' εὔχοντο R, τοσαῦτά γ' εὔχονται A, τοσαῦτά γ' εὔχοντ' B, τοσαῦτ' εὔχονται Γ, τοσαῦτ' ἔχοντ' N, quae omnia credo ex ΤΟΣΑΥΤᾹ ΕΥΧΟΝΤΟ fluxisse, postquam lineola suprascripta evanuisset, cum alii hiatus evitandi causa γ', ut solent, insererent, alii α eliderent.

** Δυοῖν, ut apud ceteros, sic apud Ar. semper dualem requirit: E. 318. V. 1207. Av. 1625. Ec. 1096. Fr. 14.

*** Ceterum pro ἔπη, σκεύη, quae formae dualis in codicibus hic ut alibi leguntur, scribendum esse ἔπει, σκεύει recte docet Blassius (in III ed. Kuehneri grammaticae Gr. I, § 123, n. 5) aliique; pro pluralibus autem illa haberi et analogia vetat et χρησίμω in E. 983 adiectum.

quae locutio, cum τρεῖς adiectum habeat, proprie huc non pertinet. Restant igitur illa duo, ubi pluralis quamvis facile, ς deleto, in dualem corrigi possit (nusquam enim versus impedit), ab omnibus codicibus, toties in una eademque locutione consentientibus, satis praesidii habere videtur: ac fieri potest, ut in his formulis pluralis in locum dualis iam eo tempore successerit (nam nominativus et accusativus dualis nominum primae declinationis omnium primus ex Atticorum usu evanuisse videtur, ut in oratoribus demonstravit Keckius p. 206). Aliter iudico de Ec. 1064, ubi quod traditum est ἐγγυητάς σοι δύο tam facile, σ geminato, ex ἐγγυητά σ. δ. oriri potuit, ut dualem restituere fere non dubitem. Quae cum ita sint, in eo loco, unde haec disputatio profecta est, et δύο μυριάδε fere necessarium est scribere et ἄν particula utique inserenda, haec vero aliter fieri non possunt, nisi si, Dobraeum secuti, Aristophani μυριάδ' ἄν restituamus. Mendum eo natum esse puto, quod primo, cum sine elisione μυριάδε ἄν scriptum esset, ad hiatum explendum σ additum esset, postea nescio casu an consulto metri causa ἄν loco motum sit. Cobeti coniectura δύο μυριάδες τῶν δ. ζῷεν ἂν ἐν π. λ. nec pluralem removet et sensum non ita bonum praebet et a codicibus longius abest. Iam porro progrediamur.

824 εἰ θᾶττον ἐκαθίζου σύ, θᾶττον ἂν δίκην ἐκάλουν.

P. 734 (an.) χρῆν — τύπτειν τοὺς ῥαβδούχους, εἴ τις κωμῳδοποιητὴς αὐτὸν ἐπήνει. 908 οὐκ ἄν (sc. ἔδρασας τοῦτο), εἴ τι προῖκα προσαγαγεῖν σ' ἔδει, ἀλλ' ηὖρον ἄν σ' ὑπέχοντα τὴν ἐκεχειρίαν.

Av. 786 (tr.) εἴ τις ἦν ὑπόπτερος, εἶτα — τοῖς χοροῖσι — ἤχθετο, ἐκπτόμενος (ll. ἐκπετόμενος et ἐκπετάμενος) ἂν οὗτος ἡρίστησεν — κᾆτ' ἂν — κατέπτετο (ll.κατέπτατο): de aoristo v. πέτεσθαι v. Cobeti V. L. p. 305. Rutherfordii Phryn. p. 373. Jernstedtii „Ποφ. οτρ." p. 91.—1223 ἆρα — οἶσθα τοῦθ', ὅτι δικαιόταθ' ἂν — ἀπέθανες, εἰ τῆς ἀξίας ἐτύγχανες;

L. 516 (an.) κἂν ᾖμωζές γ', εἰ μὴ 'σίγας, ubi L et qui cum eo faciunt praebent ᾖμωξας, R recte ᾖμωζες.

572 (an.) κἂν ὑμῖν γ' εἴ τις ἐνῆν νοῦς, ἐκ τῶν ἐρίων — ἐπολιτεύεσθ' ἂν ἅπαντα, ubi Meinekeus (in ann. cr.) κἀν (= καὶ ἐν) se malle ait. Quod neque necessarium est: nam κἂν εἰ particulae alibi quoque una inveniuntur (v. Viger. p. 526 et 836. Coenen. p. 67. Blaydes. ad h. l.), et fortasse ab Aristophanis usu alienum, qui huic locutioni dativum sine praepositione subicere solet: A. 556. E. 1121.

L. 1124. Ec. 856. Idem apud Sophoclem El. 1328. Platon. Com. Fr. 174, 4 K. = 2, 674 (2, 4) M. Nec cum de aliis rebus agitur, quae in hominis animo inesse (ἐνεῖναι) dicuntur, usquam vidi (excepto Ec. 895) ἐν praepositionem dativo personae additam: v. E. 695 εἴ τι τῶν αὐτῶν ἐμοὶ ψευδῶν ἐνείη. 1132 καί σοι πυκνότης ἔνεστ' ἐν τῷ τρόπῳ. N. 486 ἔνεστί σοι λέγειν ἐν τῇ φύσει. V. 446 τούτοις οὐκ ἔνι οὐδ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν αἰδώς. L. 545 αἷς ἔνι φύσις, ἔνι χάρις, ἔνι θράσος κτλ. 1191 οὐ φθόνος ἔνεστί μοι. Sed Ec. 895 οὐ γὰρ ἐν νέαις τὸ σοφὸν ἔνεστιν, ἀλλ' ἐν ταῖς πεπείραις.

1025 (lyr.) κεἴ με μὴ 'λύπεις, ἐγὼ σοῦ κἂν τόδε τὸ θηρίον—ἐξεῖλον ἄν, ut recte editum est pro κἂν μή με λυπῇς (λυπεῖς) codicum, quod et contra metrum est et sensu caret. Item vitiose R dat σοῦ γ' ἄν (cum L κἄν exhibeat); nam pronomen non modo non est augendum, sed potius accentu inclinato scribendum.

R. 489 κατέκειτ' ἄν,—εἴπερ δειλὸς ἦν. 1374 (lyr.) οὐδ' ἂν εἴ τις ἔλεγέ μοι τῶν ἐπιτυχόντων, ἐπιθόμην, ἀλλ' ᾠόμην ἂν αὐτὸν αὐτὰ ληρεῖν, ubi ἐπιθόμην, quod versu postulatur, recte a Bentleio restitutum est pro imperfecto.

Ec. 141 τίνος χάριν τοσαῦτ' ἂν ηὔχοντ', εἴπερ οἶνος μὴ παρῆν; Particula ἄν, quae ab omnibus codicibus abest rectissimeque a Dindorfio restituta est, qua de causa exciderit, p. 83 dixi. — 219—220 ἡ — Ἀθηναίων πόλις, εἰ τοῦτο χρηστῶς εἶχεν, οὐκ ἂν ἐσώζετο, εἰ μή τι καινὸν ἄλλο περιειργάζετο; 407 ἔγωγ' ἂν εἶπον, εἰ παρὼν ἐτύγχανον.

Pl. 583 (an.) εἰ — ἐπλούτει (sc. ὁ Ζεύς), πῶς ἂν — ἀνεκήρυττεν τῶν ἀσκητῶν τοὺς νικῶντας στεφανώσας κοτινῷ (ll. κοτίνῳ etc.) στεφάνῳ; 586 (an.) χρυσῷ (sc. στεφάνῳ στεφανοῦν) μᾶλλον ἐχρῆν, εἴπερ ἐπλούτει.

Fr. 108, 3 (tr.) οὐκ — ἦν ἂν μικρόν, εἰ μὴ μισόδημον ἦν. 488,8 οὐδὲ (ll. οὐ) — ἂν ἀποθανόντες ἐστεφανωμένοι προὐκείμεθ',—εἰ μὴ καταβάντας — πίνειν ἔδει. 569,10 (tetr. iamb.) εἰ μὴ — ἦν (sc. λαβεῖν), οὐκ ἂν ἐπεθύμουν.

Εἰ cum aoristo coniunctum.

In *apodosi*, ut supra ostendi, plerumque est *imperfectum* cum ἄν (vide sis, quam ignarus fuerit Aristophanes grammaticae nostrae); rarius *aoristus* cum ἄν; semel L. 1099 in Laconis sermone *plusquamperfectum* cum κά; semel Ec. 390 aoristus cum ἄν ex antecedentibus intellegitur, negandi particula οὐδέ sola relicta; semel Ec. 735 in comparatione apodosis omnino abest.

Iam afferantur loci.

A. 138 χρόνον — οὐκ ἂν ἦμεν ἐν Θράκῃ πολύν,—εἰ μὴ κατένιψε χιόνι τὴν Θράκην ὅλην καὶ τοὺς ποταμοὺς ἔπηξε. 541 εἰ Λακεδαιμονίων τις — ἀπέδοτο — κυνίδιον Σεριφίων, καθῆσθ' ἂν ἐν δόμοισι κτλ.;

E. 981 (lyr.) ὡς εἰ μὴ 'γένεθ' οὗτος ἐν τῇ πόλει μέγας, οὐκ ἂν ἦστην σκεύη δύο χρησίμω, ubi 'γένεθ' pro γένοιθ' est certa Scaligeri correctio, et metro et sententiae satisfaciens.

V. 462 (tr.) οὐ ῥᾳδίως — ἂν αὐτοὺς διέφυγες, εἴπερ ἔτυχον τῶν μελῶν — βεβρωκότες, ubi μελῶν pro μελέων correxit Brunckius, ut scilicet dactylum removeret. Quod satis probabile est: nam etsi dactylus in tetr. troch. ferri potest, ut p. 51 sq. dixi, tamen sine magna necessitate admittendus non est.

1437 εἰ — ἐν τάχει ἐπίδεσμον ἐπρίω, νοῦν ἂν εἶχες.

L. 1 εἴ τις εἰς βακχεῖον αὐτὰς ἐκάλεσεν,—οὐδ' ἂν διελθεῖν ἦν ἂν ὑπὸ τῶν τυμπάνων. 360 (tetr. iamb.) εἰ — τὰς γνάθους τούτων τις — ἔκοψεν,—φωνὴν ἂν οὐκ ἂν εἶχον.

1099 (Lac.) δεινά κα 'πεπόνθεμες, αἰ εἶδον ἁμὲ τῶνδρες. Multa hic coniecturis debentur: pro δεινά κα 'πεπόνθεμες a Bergkio dato, nisi quod ille πεπ. sine apostropho scribit, codices habent omnes δεινά γ' αὖ πεπόνθαμες; quae sequuntur reposuit Meinekeus et Elmsleius pro αἴ κ' ἴδον ἁμὲς ἄνδρες. Quid in his verum, quid falsum sit, alii videant, qui dialecti Doricae me peritiores sunt; ego vero Bergkii emendationem ceteris praestare puto, quippe quae et lenissima sit et vere Dorica esse videatur: nam qui ἄν pro αὖ substituunt Reiskeus, Elmsleius, dialecto Doricae male consulunt; in Blaydesii lectione δεινά τοί κ' ἐπεπόνσεμες displicet elisio α longi ante ε: nam κα Doricum α producere (apud Aristophanem quidem) inter omnes constat; elisio autem fieri non potest, nisi in vocis exitu ante vocem vocali incipientem est aut vocalis *brevis* aut diphthongus: quo tandem igitur pacto α in κα eliditur? Blaydesius dicit (ad A. 762) ultimam esse ancipitem, sed nullo exemplo Aristophaneo istam opinionem confirmavit neque vero potuit confirmare. Idem addit: „nisi Dorum propriam esse statuas longae syllabae elisionem". *

* Similiter Ahrensius (de dial. Dor. p. 582): „longae vocalis in hac particula singularis elisio certissime Dorica est"; quod confirmatur nonnullis Epicharmi locis; sed quid certi ex corruptis fragmentis colligi potest? Quamquam etiam apud hunc ista elisio ibi plerumque inveniri videtur, ubi longam syllabam versus patitur.

Sed videamus, ubi apud Ar. illud α „elidatur“. In Meinekei editione omnino 8-ies hoc inveni: A. 732. 762. 798. L. 105. 173. 180. 1005. 1098 (quibus addo nonum locum L. 1099, ubi κ', quod in libris legitur, a Meinekeo eiectum est). Quos locos cum considerarem, animadverti, constanter hoc, praeter A. 798 et L. 180, aut in thesi (sensu antiquo) fieri aut in arsi pedum imparium: ubique igitur longam syllabam metro aut postulari aut certe admitti (illud quoque notandum est, 2 locis L. 105 et 1098 Meinekeum elisione inversa usum esse: α igitur pro longa habet). Itaque repugnare videntur duo loci: sed in his illud κ' valde suspectum est: nam in A. 798 κ' ἄνις (in quarto pede) Blaydesio debetur, libris κἄνευ contra metrum vel κἂν ἄνευ praebentibus; in L. 180 autem, ubi Meinekeus dedit, πάντ' εὖ κ' ἔχοι (in secundo pede), libri in particula variant, cum R πάντα κ' ἔχοι, L et scholiastes πάντα γ' ἔχοι habeant; cuius loci cum sententia non satis clara sit, ne emendatio quidem certa fieri potest (cf. Herwerden. in Hermae v. 24, p. 622). Quae cum ita sint, non elisio, sed aphaeresis aut crasis et hic et ceteris omnibus locis in hac voce facienda est. — Sed ut iam redeamus ad nostrum locum, in versu insequenti Meinekei αἰ εἶδον non probo, quod (falso Ahrensio II, p. 42 tribuens) laudat Blaydesius omninoque reponendum censet, quia in initio verbi digamma fuerit. Sed hoc obliviscuntur viri docti, ἰδεῖν quidem et similia digammate incipere, εἶδον, quod ex ἔϝιδον ortum est, non item. Fortasse igitur statuendum est, Doriensibus licuisse etiam in protasi κά ponere, ut Homero Il. 23, 526 εἴ — κε — γένετο κτλ. (Goodwin. 437).

Ec. 191 χαρίεντά γ' ἂν ἔδρασας, εἰ τοῦτ' εἶπας ἐν τῇκκλησίᾳ.

390 Βλε.· οὐδ' ἄρ' ἂν ἐγὼ λάβοιμι νῦν ἐλθών; Α ν.· πόθεν; οὐδὲ μὰ Δί' εἰ τότ' ἦλθες κτλ. Verba in libris ita collocata: οὐδ' εἰ μὰ Δία τότ' ἦλθες, transposuit Meinekeus propter μὰ Δία (Vind. p. 192). Sed, cum ad οὐδέ intellegendum sit ἂν ἔλαβες atque in talibus Aristophanes constantissime ἄν servare soleat (v. supra p. 65), nescio an melius sit scribere οὐδ' ἂν μὰ Δί' εἰ: nam ἄν ante μ facillime excidere potuit. De anapaesto vide Bernhardi. p. 285 et P. 930. Ec. 551.

422 εἰ δ' ἐκεῖνά γε προσέθηκεν, οὐδεὶς ἀντεχειροτόνησεν ἄν.

735 ἡ χύτρα—ἔξιθι,—μέλαινά γ' ὡς ἂν εἰ τὸ φάρμακον ἔψουσ' ἔτυχες, ubi ὡς Velsenus ab Halbertsma recepit pro οὐδ' codicum,

quod sensu caret. Sed ne illa quidem coniectura locus sanari mihi videtur: nam, ut supra ostendi p. 62, Ar. in comparatione nunquam neque ὥσπερ ἄν εἰ neque ὡς ἄν εἰ dicit, sed tantum ὥσπερ εἰ, quod hic reponendum putarem, nisi longius a tradita scriptura recederet. Nec Meinekei οἴ' ἂν εἰ praestat.

Fr. 488, 2 πόθεν Πλούτων γ' ἂν ὠνομάζετο, εἰ μὴ τὰ βέλτιστ' ἔλαχεν; ubi γ' a Vossio insertum est.

Εἰ cum aoristo et imperfecto

duobus locis legitur, quorum in altero *apodosis* habet *imperfectum* cum ἄν, in altero imperfectum verbi χρῆναι sine ἄν:

Th. 793 (an.) χρὴν σπένδειν καὶ χαίρειν, εἴπερ ἀληθῶς ἔνδοθεν ηὕρετε φροῦδον τὸ κακὸν καὶ μὴ κατελαμβάνετ' ἔνδον. In libris, ut saepe, vitiose scriptum est χρή et καταλαμβάνετ'.

R. 542 οὐ γὰρ ἂν γέλοιον ἦν, εἰ Ξανθίας μὲν—ᾔτησεν ἀμίδ', ἐγὼ δὲ—τοὐρεβίνθου 'δραττόμην· οὗτος δ' εἶδε, κᾆτ' ἐκ τῆς γνάθου—μοὐξέκοψε τοὺς χοροὺς τοὺς προσθίους;

Εἰ cum plusquamperfecto

tribus locis invenitur, quorum unus in *apodosi* habet *impf.* cum ἄν, ceteri duo *aoristum* cum ἄν.

N. 1347 (lyr.) εἰ μή τῳ 'πεποίθειν, οὐκ ἂν ἦν—ἀκόλαστος, ubi cum ceteri codices vitiose praebeant perf. πέποιθεν, Rav. solus recte servavit plqp. πεποίθει, nisi quod apostrophi signum et ν paragogycum omisit. V. Rutherford. Phryn. p. 229.

Th. 596 οὐκ ἂν ἦλθον,—εἰ μὴ 'πεπύσμην ταῦτα τῶν σάφ' εἰδότων. Libri πεπύσμην sine apostropho et ταυτί, quod et metro (nam ι productum habet) et sententiae (v. Bachmann. Coni. p. 136) repugnat. Ex proximo versu hoc irrepsisse censet Blaydesius. Correxit Bentleius.

1119 (Scyth.) εἰ τὸ πρωκτὸ δεῦρο περιεστραμμέν' ἦν, οὐκ ἐπτόνησ' ἄν σ' αὐτὸ πυγίζεις, ubi ll. contra metrum et sensum: τῷ πρωκτῷ, περιεστραμμένον, ἐπτόνησασ (ἐπόνησας) αὐτό.

D. Condiciones logicae.

Haec condicionis forma tum usurpatur, cum aliquis rem „vere esse vel fuisse vel futuram esse sumit, ut certum aliquid inde concludat, neque vero iudicium suum de veritate rei prodit“ (Winter. p. 3).

1) Plerumque igitur is qui loquitur de veritate rei ipse nescius est, qui est legitimus usus hoc genus condicionum.

2) Sed haud raro eadem forma ponitur, cum aliquis de ea re loquitur, quam vere esse vel fuisse persuasum habet, sed cum nolit quod reapse sentit aperire, tantum sumit eam esse vel fuisse (a). Quo fit, ut saepissime condicionalis enuntiatio specie tantum sit condicionalis, re vera autem causalis (b). Alibi sententia condicionalis ad obiectivam tam prope accedit, ut pro εἰ nullo sensus discrimine ὅτι substitui possit; quod cum alibi observare licet, tum si sententia illa verbo alicui affectum animi significanti subiecta est (c); est denique ubi εἰ Latine „quod“, Rossice „что касается до того что“ verti possit (d).

3) Contra, est ubi quis aliquid verum esse sumat, cum ipse non nescius sit, reapse illud non ita se habere. Quod plerumque tum fit, cum quis, alienum de aliqua re iudicium ut verum afferens, si non certo scit, at suspicatur tamen, verum rerum statum non talem esse; atque ut ostendat, dubitare se de eius iudicii veritate, interdum sententiae condicionali inserit adverbium ἀληθῶς.

4) Praeterea sunt loci, in quibus inter protasim et apodosim nullus logicus, qui dicitur, nexus intercedat, „in quibus condicio non ad rem ipsam pertineat, sed ad eius, in quem oratio conversa est, vel cognitionem vel animi affectum. Tum vero, si grammaticam rationem spectamus, apodosis efficienda est verbo λέγω vel simili, nam res ipsa ex condicione nulla pendet“ (Winter. p. 7).

Haec omnia quae dixi ut exemplis confirmemus, a secundo genere ordiamur: nam primum tam usitatum est, ut exemplis non egeat.

2. a) In Av. 326 choro Epopem interroganti, num apud aves sint advenae Pithetaerus et Euelpides κἀστὸν ἤδη που παρ' ἡμῖν; Epops respondet: εἰ παρ' ὑμῖν εἶμ' ἐγώ, hoc est: ut verum est apud vos esse me, ita verum est apud vos esse illos. Idem in L. 992. Cf. E. 1310. Th. 1156. R. 242. Eodem pertinet εἰ μή post negati-

vam apodosim sensu „nisi quod“: E. 615. N. 1183. Huc pertinet interdum etiam locutio εἴ τις, cum idem significat atque ὅσοι, ut V. 419 ὦ—Θεώρου θεοισεχθρία, κεἴ τις ἄλλος προέστηκεν ἡμῶν κόλαξ=ὅσοι προεστήκασι. Pl. 144 εἴ τί γ' ἔστι λαμπρὸν καὶ καλὸν ἢ χορίεν ἀνθρώποισι, διὰ σὲ γίγνεται=ὅσα ἔστι λαμπρὰ κτλ.; et εἰ δεῖ, cum is qui loquitur non dubitat, quin sibi aliquid facere necesse sit, ut R. 1368. Praeterea vide P. 386. Ec. 945. Pl. 475.

b) Plures sunt loci, ubi condicione vera causa affertur, non ipsius facti illa quidem plerumque, sed iudicii de eo, ut condicio illud contineat, quo aliquis argumento utatur ad concludendum de veritate alicuius rei: veluti in E. 1135 σοὶ πυκνότης ἔνεστι,—εἰ τούσδε—τρέφεις, ex eo quod Demus adulatores data opera alit, chorus colligit, prudentiam ei inesse. Vide etiam A. 307. E. 347. N. 1274. 1284. 1339. V. 62. 442. 466. 503. 535. 956. 1050. Th. 540. R. 1449. Ec. 1098. Pl. 910. 1146.

c) Rarius condicio obiectivi enuntiati partes sustinet atque illud indicat, in quo vis verbi regentis repraesentatur, ut in Pl. 461 τί—ἀδικοῦμεν τοῦτό σε, εἰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγαθὰ πορίζομεν; „num, inquit, iniuriam tibi facimus, quod omnibus mortalibus bona praebemus?“ Idem est in A. 773. E. 790. N. 645, ubi sententia condicionalis ex verbo περιδόσθαι „pignore certare“ pendet. Ex verbis affectuum suspensa talia enuntiata repperi: A. 498 et L. 649 φθονεῖν. R. 579 συγγνώμην ἔχειν. V. 958 ξυγγιγνώσκειν. Th. 474 βαρέως φέρειν. R. 1007 ἀγανακτεῖν.

d) „Quod“ sive „quod attinet ad“ „что касается до того что“ εἰ significare mihi videtur uno loco Th. 497 εἰ δὲ Φαίδραν λοιδορεῖ, ἡμῖν τί τοῦτ' ἔστι; „quod autem Phaedram conviciis incessit, quid hoc ad nos?“

3. a) Nec multi sunt loci, ubi protasi fingitur aliquid, quod a vero rerum statu abhorrere is qui loquitur non ignorat, ut in Th. 789 mulieres, cum viris dicant: εἰ κακόν ἐσμεν, τί γαμεῖθ' ἡμᾶς, εἴπερ ἀληθῶς κακόν ἐσμεν, nulle pacto ipsae consentiunt, malum se esse, sed tantum virorum de se iudicium, tanquam verum, proferunt. Idem invenias in N. 341. 399. R. 74. 634. Pl. 591. (Quamquam est ubi simpliciter aliena verba repetantur, ut in E. 483). Huc fortasse referenda sunt ea, quae ut vera esse persuadeat aliquis alii, diras ipse sibi imprecatur, ut E. 767 εἰ δέ σε μισῶ καὶ μὴ περὶ σοῦ μάχομαι,—ἀπολοίμην: nam tota haec formula nihil aliud efficitur, nisi

ut demonstretur, verum rerum statum contrarium esse ei, qui in condicione admittatur: vult enim Oleo dicere, se non odisse Demum, sed pro eo pugnare.

4) Quarti usus exempla duo apud Ar. legi: A. 396 οὐκ ἔνδον ἔνδον ἐστίν, εἰ γνώμην ἔχεις, quod ita suppleri potest: „non intus, intus est: (hoc intelleges,) si mentem habes". Similiter in Ec. 22 καταλιβεῖν — ἡμᾶς ἕδρας; ἃς Φυρόμαχος — εἶπεν, εἰ μέμνησθ' ἔτι, δεῖ: ubi tamen vix quidquam audiri potest.

Tempora protasis et apodosis. Longe maxima pars condicionalium sententiarum, huc pertinentium, in *protasi* habet *praesens ind.* * 167 locis (quo refero etiam δέδοικα, ἕστηκα, μέμνημαι, πέποιθα, πέφυκα), quibus addenda sunt 6 enuntiata concessiva. Proximum locum tenent condiciones *futuro* prolatae, quae sunt 79 numero. Multo pauciores sunt eae, in quibus legitur *aoristus*; harum numerus est 24. Rarius occurrit *perfectum* 6 locis — et *imperfectum* (quo refero formam frequentativam in —σκον exeuntem) item 6 locis, quod legitur insuper in 2 concessivis enuntiationibus. Semel inveni in una eademque sententia *praesens et aoristum*, item semel *aoristum et perfectum*. Praeterea ad hoc genus condicionum referendae sunt duae, *optativo* elatae, quarum in altera est optativus cum ἄν, qui modus nihil fere aliud est nisi modestior forma indicativi. Omnis igitur numerus logicarum condicionum est 286, quae, additis 8 concessivis enuntiatis, faciunt 294.

De verbo *apodosis* dicam, cum singulas formas protasis tractabo.

Εἰ cum praesenti indicativi.

In *apodosi* huius generis condicionum frequentissimum est *praesens indicativi*, quod adest vel intellegitur 54 locis; suppar est numerus *imperativorum*, qui est 48; cetera omnia multo sunt pauciora: *futurum ind.* 12 locis occurrit, *optativus* proprius 10, *aoristus ind.* 5, *optativus cum* ἄν potentialis 4, *imperfectum* 2, *perfectum* 2, *coniunctivus* (hortativus et prohibitivus) 2, *modus irrealis* qui dicitur, h. e. praeteritum cum ἄν 2; denique locutione τί δέ efficitur

* Obiter moneo, et hic et alibi plerumque, cum dicam in enuntiato hanc vel illam verbi formam inveniri, non eos tantum locos a me annumerari, in quibus illa forma expressa sit, sed etiam eos, ubi sive ex antecedentibus sive e cohaerentia orationis intellegatur.

apodosis 1 loco. Haec omnia faciunt numerum 143. Quod autem dixi, condicionum ipsarum numerum esse 167, differentia eo facta est, quod 18 locis verbum in apodosi vel tota apodosis deest, quorum 8 locis praesens ind. intellegendum est, 2 futurum, 2 coniunctivus, 1 imperativus, 1 optativus cum ἄν, 1 loco nulla apodosis est, 4 loci sunt fragmenta, quorum apodosis non servata est. Denique restant 6 condiciones propterea, quod aliquot locis singulae apodoses habent binas vel ternas protases.

Quibus locis quaeque verbi forma occurrat si quis velit scire, et ex ipsis locis, quos mox afferam, et ex hac tabula cognoscat:

Praes. ind.: A. 107. 396. 788. 1228. E. 315. 1135. N. 295. 322. 327. 660. 795. 1274. 1284. V. 178. 442. 466. 503. 535. 573. 956. P. 277. 736. Av. 665. 757. 1084. 1597. 1630. 1681. L. 120. 167. 943. 1162. 1204. Th. 470. 497. 789. 962. 1160. R. 74. 77. 861. 1007. Ec. 22. 893. 945. 1164. Pl 144. 289. 397. 461. 475. 566. 591. Fr. 569, 8. Intellegitur: E. 186. N. 251. Av. 326. L. 992. Th. 898. R. 70. Ec. 1098. Pl. 356.

Imperativus: A. 207. 331. 338. 766. 772. 870. 882. 1028. E. 1314. N. 86. 106. 454. 645. 696. 1285. 1488. V. 86. 891. 1015. 1153. 1498. 1535. P. 10. 20. 118. 305. 395. 506. 604. Av. 753. 764. 766. L. 73. 532. 649. 1051. 1176. Th. 216. 234. 347. 1123. R. 197. 496. 853. 1109. 1159. 1368. Ec. 1141. Pl. 61. Intell.: A. 814 (?).

Futurum ind.: V. 1071. P. 1103. Av. 760. 762. L. 377. 1093. 1202. 1219. Th. 536. R. 634. 706. Pl. 1202. Intell.: N. 930. Av. 56.

Optativus: A. 151. E. 400. 767. 769. 770. V. 572. 630. P. 444. 447. R. 579.

Aor. ind.: A. 591. N. 399. 1339. Av. 531 (gnom.). 1359.

Optativus cum ἄν: P. 849. R. 1148. 1449. Pl. 910. Intell.: Pl. 1135.

Imperfectum: A. 562. E. 848.

Perfectum: N. 341. R. 15.

Coniunctivus: A. 498. N. 11. Intell.: V. 1008. P. 886.

Modus irrealis: Av. 790. 793.

τί δέ; Fr. 100, 2.

Nulla apodosis: V. 419. Fr. 45. 139. 645. 657.

Ann. Notandum est, Ar. nusquam εἰ cum praes. ind. generali sensu pro ἐάν cum coni. dicere: cf. Goodwin. § 467.

Iam afferamus locos.

A. 107 χαυνοπρώκτους τοὺς Ἰάονας λέγει, εἰ προσδοκῶσι χρυσίον. 151 ἀπολοίμην, εἰ — πείθομαι. 207 (tr.) μηνύσατε, εἴ τις οἶδε. 331 (tr.) βάλλετ', εἰ βούλεσθε. Non alienum a re esse puto hic afferre ceteros locos, ubi in sententia condicionali indicativus v. βούλεσθαι legitur: A. 870. E. 1314. N. 454. P. 10. 604. Av. 753. 766. Th. 1160. R. 1159. Ec. 693.

338 λέγ', εἴ σοι δοκεῖ. Reliqui loci, in quibus hoc verbum praedicatum enuntiati condicionalis facit, hi sunt: N. 11. V. 1008. P. 1103. Av. 56. 531. 665. 1597. 1630. L. 167. 1176. Th. 216. 234. R. 861.

396 οὐκ ἔνδον ἔνδον ἐστίν, εἰ γνώμην ἔχεις.

498 μὴ — φθονήσητ', εἰ — λέγειν μέλλω. Praeter hunc locum indicativus v. μέλλειν in condicione occurrit etiam his tribus: N. 1339. L. 120. Ec. 1164.

562 εἰ δίκαια, τοῦτον εἰπεῖν αὖτ' ἐχρῆν; 591 εἰ — ἰσχυρὸς εἶ, τί μ' οὐκ ἀπεψώλησας; 766 (Meg.) ἄντεινον, αἰ λῇς. 772—3 (Meg.) αἰ λῇς, περίδου μοι, — αἰ μή 'στιν οὗτος χοῖρος. 788 (Meg.) αἰ τράφεν λῇς, ἅδε τοι χοῖρος καλά. 814 (Meg.) Δικ.· πόσου πρίωμαι — τὰ χοιρίδια; Μεγ.· — τὸ δ' ἄτερον, αἰ λῇς, χοίνικος — ἁλῶν. 870 (Boeot.) εἴ τι βούλει, πρίασο. 882 δός μοι προσειπεῖν, εἰ φέρεις τὰς ἐγχέλεις. 1028 εἴ τι κήδει Δερκέτου, — ὑπάλειψον εἰρήνῃ με. 1228 (tetr. iamb.) τήνελλα δῆτ', εἴπερ καλεῖς γε, — καλλίνικος.

E. 186 Οἰκ.· μῶν ἐκ καλῶν εἶ κἀγαθῶν; Αλλ.· μὰ τοὺς θεούς, εἰ μὴ 'κ πονηρῶν γε „immo ex improbis". De vi particularum εἰ μή — γε omnium optime disputavit Engerus ad Lys. 943: „εἰ μή — γε, inquit, post negationem fortius affirmat, idemque significat, quod ἀλλά γε. Vide L. Dindorfium in Thesauro Stephani III. p. 190. Cf. Eq. 185. Thesm. 898. Μ. αὕτη Θεονόη Πρωτέως. Γ. μὰ τὼ θεώ, εἰ μὴ Κρίτυλλά γ' Ἀντιθέου Γαργηττόθεν, *immo sum Critylla*. Non satis intellexit hunc locum Fritzschius, cui modestiam quandam haec mulier prodere videtur, quae honorem tantum, quasi Theonoe sit, recuset, seque tantummodo Critylam esse affirmet. εἰ μή — γε enim vim habere graviter minuendi, esseque *tantummodo*. Non graviter minuendi vim habet, sed graviter affirmandi. Docet hoc iam γε particula addita, quae cum vi notionem effert, cui addita est." Fritzscheo male assentitur Kockius ad E. 186: nam qui omnes locos, ubi istae particulae occurrunt, diligenter perpenderit, Engero haud dubie consentiet. Occurrunt autem, praeter hunc locum, in

Av. 1681. L. 943. Th. 898. Notandum est, ubique praecedere iuris-iurandi formulam.

315 (tr.) εἰ — μὴ σύ γ' οἶσθα κάττυμ', οὐδ' ἐγὼ χορδεύματα. 400 (tr.) εἰ σὲ (ll. εἴ σε) μὴ μισῶ, γενοίμην ἐν Κρατίνου κῳδίῳ (ll. ἓν — κῴδιον, vide librum nostrum de praepp. usu Ar. p. 10). 767 (an.) εἴ — σε μισῶ καὶ μὴ — μάχομαι, — ἀπολοίμην. 769—770 (an.) εἰ μή σε φιλῶ καὶ μὴ στέργω, — ἐψοίμην· — κεἰ μὴ τούτοισι πέποιθας, — κατακνησθείην. 848 (tetr. iamb.) οὔ — σ' ἐχρῆν, εἴπερ φιλεῖς τὸν δῆμον, — ταύτας ἐᾶν — ἀνατεθῆναι. 1135 (lyr.) σοὶ πυκνότης ἔνεστι, — εἰ τούσδε τρέφεις. 1314 (tr.) πλείτω, — εἰ βούλεται.

N. 11 εἰ δοκεῖ, ῥέγκωμεν. 86 εἴπερ — με — φιλεῖς, — πιθοῦ μοι. 106 εἴ τι κήδει τῶν πατρῴων ἀλφίτων, τούτων γενοῦ. 251 εἴπερ ἔστι γε (sc. βούλομαι εἰδέναι τὰ θεῖα πράγματα). 295 (an.) κεἰ θέμις ἐστίν, νυνί γ' ἤδη, κεἰ μὴ θέμις ἐστί, χεσείω. 322 (an.) εἴ πως ἔστιν, ἰδεῖν αὐτὰς — ἐπιθυμῶ. 327 (an.) καθορᾷς, — εἰ μὴ λημᾷς. 341 (an.) τί παθοῦσαι, εἴπερ νεφέλαι γ' εἰσίν, — εἴξασι γυναιξίν; 399 (an.) εἴπερ βάλλει τοὺς ἐπιόρκους, πῶς οὐχὶ Σίμων' ἐνέπρησεν; 454 (an.) εἰ βούλονται, — παραθέντων. 645 περίδου — ἐμοί, εἰ μὴ τετράμετρόν ἐστιν ἡμιεκτέον. 660 οἶδα — τἄρρεν', εἰ μὴ μαίνομαι. 696 εἴπερ γε χρή, χαμαί μ' ἔασον — ἐκφροντίσαι. 795 συμβουλεύομεν, εἴ σοί τις υἱός ἐστιν, — πέμπειν ἐκεῖνον. 930 (an.) εἴπερ γ' αὐτὸν σωθῆναι χρή (sc. διδάξω). 1274 ληρῶ, τὰ χρήματ' ἀπολαβεῖν εἰ βούλομαι; 1284 πῶς — ἀπολαβεῖν τἀργύριον δίκαιος εἶ, εἰ μηδὲν οἶσθα τῶν μετεώρων πραγμάτων; 1285 εἰ σπανίζεις, — τὸν τόκον ἀπόδοτε.

1339 ἐδιδαξάμην — σε — τοῖσιν δικαίοις ἀντιλέγειν, εἰ μέλλεις ἀναπείσειν. Mirum in modum haec Hermannus (De part. ἄν, p. 75) interpretatur: „Si sine ironia loquutus esset, dixisset οὐκ ἂν ἐδιδαξάμην σε.... Nam quum ironiae sit contrarium dicere, quam intelligi debeat, non est obscurum, ea, quae sine ironia cum particula ἄν dicenda essent, si ironice dicuntur, carere debere particula". Hermannum non refutarem, nisi viderem, esse quibus eius explicatio etiam nunc probetur. Petrius quidem, Hermanno laudato, haec dicit (p. 9): „Lamentatur Strepsiades se ipsum, cum Phidippides patrem a filio verberari iustum esse demonstrare velit, et sine ironia dicere debebat: οὐκ ἂν ἐδιδαξάμην σε, εἰ μέλλεις ἀναπείσειν, non mehercle te sophistis erudiendum tradidissem, si nunc persuasurus es". Sed dubito an ironice sola negatio, ac non etiam ἄν omittendum sit. Recte de hoc loco, sed non satis clare iudicavit Coenenus (p. 23): „Nequa-

quam hic opus est particula ἄν. Strepsiades enim filio probare conanti iustum esse patrem a filio verberari dicit: Bene i. e. non frustra, mehercle, te docendum curavi obloqui iustis, si hoc mihi persuasurus es". Plenius clariusque huius loci sententiam ita explanaverim: „Video, te in disciplinam traditum (bene) didicisse obloqui iustis, si hoc persuasurus es".

1488 τὸ τέγος κατάσκαπτ', εἰ φιλεῖς τὸν δεσπότην.

V. 86 εἰ δὴ 'πιθυμεῖτ' (ll. δ' ἠπ.) εἰδέναι, σιγᾶτε. 178 τί στένεις, εἰ μὴ φέρεις 'Οδυσσέα; 419 (lyr.) ὦ — Θεώρου θεοισεχθρία (ll. θεὸς ἐχθρία), κεἴ τις ἄλλος προέστηκεν ἡμῶν κόλαξ.

442 δῆλα δ' (sc. ἐνόντα τῷ γήραι κακά), εἰ καὶ νῦν γε τὸν — δεσπότην χειροῦσιν, οὐδὲν — μεμνημένοι, ubi δῆλα δ' εἰ a Cobeto pro δηλαδή codicum repositum est. Qua coniectura sententia loci optime emendatur: nam quod vulgo legitur δηλαδή· καὶ... suspicionem movet et adverbio absolute posito et asyndeto. Richtero particula δέ in Cobeti emendatione vix ferenda videtur: at addita est eidem voci in Th. 804 δῆλα δὲ τἄργα. Pl. 333 δῆλος δ' ἐστίν, nec dubito quin alibi sexcenties. Ac ne quis in o ὐδέν haereat, quod participio, condicioni subiecto, adicitur, videat infra locum similem v. 466 sq.

466 (lyr.) ἆρα — οὐκ αὐτόδηλα (ll. αὐτὰ δῆλα, v. Aesch. Sept. 848),—ἡ τυραννὶς ὡς λάθρᾳ μ' ἐλάμβαν' (γ' ἐλάμβαν' R, γ' ἐλάνθαν' V) ὑπιοῦσα (ll. addunt με),—εἰ 'σύ γε — τῶν νόμων ἡμᾶς ἀπείργεις. 503 (tr.) ταῦτα — τούτοις ἀκούειν ἡδέ', εἰ καὶ νῦν γ' ἐγὼ — αἰτίαν ἔχω, ubi γ' a Meinekeo insertum est. 535 (lyr.) ὁρᾷς,—ὡς σοὶ μέγας ἐστὶν ἀγών (ll. ἀγών),—εἴπερ—οὗτός σ' ἐθέλει κρατῆσαι. 572—3 (an.) εἰ μὲν χαίρεις ἀρνὸς φωνῇ, παιδὸς φωνὴν ἐλεήσαις, εἰ δ' αὖ τοῖς (ll. αὐτοῖς) χοιριδίοις χαίρω, θυγατρὸς φωνῇ με πιθέσθαι (sc. ἀντιβολεῖ). 630 (an.) ἀπολοίμην, εἴ σε δέδοικα. 891 εἴ τις θύρασιν ἡλιαστής, εἰσίτω. 956 τί — ὄφελος, τὸν τυρὸν εἰ κατεσθίει; 1008 ταῦτά νυν, εἴπερ δοκεῖ „id fiat, si videtur". 1015 (an.) πρόσχετε τὸν νοῦν, εἴπερ καθαρόν τι φιλεῖτε. 1071 (tr.) εἴ τις — θαυμάζει,—διδάξω. 1153 εἴπερ γ' ἀνάγκη, κρίβανόν μ' ἀμπίσχετε. 1498 εἴ τις τραγῳδός φησιν ὀρχεῖσθαι καλῶς,—εἰσίτω. 1535 (lyr.) ἐξάγετ', εἴ τι φιλεῖτ' ὀρχούμενοι,—ἡμᾶς.

P. 10 προσλάβεσθε,—εἰ μή με βούλεσθ' ἀποπνιγέντα περιιδεῖν. 20 εἴ τις οἶδ', ἐμοὶ κατειπάτω. 118 (lyr.) εἰπέ,—εἴ τι φιλεῖς με. 277 εἴ τις ὑμῶν — τυγχάνει μεμυημένος, νῦν ἐστιν εὔξασθαι καλόν. 305 (tr.) ἡμῖν, εἴ τι χρὴ δρᾶν, φράζε. 386 (lyr.) μηδαμῶς (sc. λακήσῃς),—εἴ

τι — χοιρίδιον οἶσθα — κατεδηδοκώς. 395 (lyr.) χάρισαι,—εἴ τι—βδελύττει. 444 εἴ τίς — σοι φθονεῖ,—πάσχοι τοιαῦτα. 447 εἴ τις — ἐπιθυμεῖ μαχῶν,—ἐσθίοι κριθάς. 506 εἴπερ ἐπιθυμεῖτε τήνδ' ἐξελκύσαι,—ὑποχωρήσατε. 604 (tr.) τἀμὰ — ξυνίετε ῥήματ', εἰ βούλεσθ' ἀκοῦσαι. 736 (an.) εἰ — εἰκός τινα τιμῆσαι,—ἄξιος εἶναί φησ' εὐλογίας. 849 οὐκ ἂν — δοίην τῶν θεῶν τριώβολον, εἰ πορνοβοσκοῦσι. 1103 (hex.) εἰ ταῦτα δοκεῖ,—ἐμαυτῷ βαλανεύσω.

Av. 56 πάνυ γ' (sc. κόψω λίθῳ), εἰ δοκεῖ. 326 (tr.) (παρ' ὑμῖν ἐστόν,) εἰ παρ' ὑμῖν εἶμ' ἐγώ. 531 (an.) οὐδ',—εἴπερ ταῦτα δοκεῖ δρᾶν, ὀπτησάμενοι παρέθενθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἐπικνῶσιν τυρόν. 665 εἰ δοκεῖ σφῷν, ταῦτα χρὴ δρᾶν. 753 (tr.) εἰ μετ' ὀρνίθων τις ὑμῶν — βούλεται διαπλέκειν,—ὡς ἡμᾶς ἴτω. 757 (tr.) εἰ — ἐνθάδ' ἐστὶν αἰσχρὸν τὸν πατέρα τύπτειν,—τοῦτ' ἐκεῖ καλόν — ἐστιν. 760 (tr.) εἰ — τυγχάνει τις — δραπέτης ἐστιγμένος, ἀτταγᾶς κεκλήσεται. 762 (tr.) εἰ — τυγχάνει ὢν Φρύξ,—φρυγίλος — ἔσται. 764 (tr.) εἰ — δοῦλός ἐστι,—φυσάτω πάππους. 766 (tr.) εἰ — προδοῦναι — τὰς πύλας βούλεται, πέρδιξ γενέσθω. 790 (tr.) εἰ — τυγχάνει χεζητιῶν, οὐκ ἂν ἐξίδισεν εἰς θοἰμάτιον. 793 (tr.) εἰ — μοιχεύων τίς — ἐστιν ὅστις τυγχάνει, κᾆθ' ὁρᾷ τὸν ἄνδρα τῆς γυναικὸς ἐν βουλευτικῷ, οὗτος ἂν ἀνέπτετο (Il. ἀνέπτατο), εἶτα — αὖθις καθέζετο. 1084 (tr.) εἴ τις ὄρνιθας τρέφει,—φράζομεν μεθιέναι.

1359 ἀπέλαυσά τἄρα νὴ Δί' ἐλθὼν ἐνθαδί, εἴπερ γέ μοι καὶ τὸν πατέρα βοσκητέον, ubi codices contra metrum exhibent γὰρ ἄν. Multis modis viri docti locum sanare conati sunt: plerique scribunt τἄρ' ἄν, Blaydesio vera scriptura videtur ἀπολαύσομαι γάρ (quamquam ipse in contextum recepit ἀπολαύσομἄρα et, ut solet, alias quinque „veras scripturas“ attulit). Blaydesium ita refellit Herwerdenus (Hermae v. 24, p. 620): „Fallitur dicens loci rationem postulare futurum, quod ita tantum verum esset, si parricida nondum in avium civitatem venisset“. Ac de Blaydesii commentis dicere supersedeo; vulgatum autem illud τἄρ' ἄν eo displicet, quod ἄν quid sibi velit non patet. Nam si modus irrealis est ἀπέλαυσα ἄν, ubi, quaeso, est aut quae intellegitur condicio? Quae nulla alia potest esse nisi verba ἐλθὼν ἐνθαδί, i. e. „operae pretium fecissem, si huc venissem“ (quibus opponitur: „sed non veni neque operae pretium feci), at hoc patricida dicere non potest, quoniam iam venit. Pro praeterito potentiali (Goodwin. § 243) accipi iubet Coenenus p. 17: sed cur praeteritum, cum de praesenti agitur? Iam exponamus de

Meinekei lectione τἄρα νὴ Δί': quae et a libris non longius, quam illa, recedit, nam ἄν facillime ex geminata ν proxima oriri potuit, et tam bonum sensum praebet, ut non dubitem equidem, quin ab ipso comico profecta sit: „operae pretium feci, inquit, quod huc veni, si pater quoque mihi est nutriendus"; aoristus autem, ut saepe, fere perfecti vim habet. Ceterum ironice haec dicere iuvenem pro οὐκ ἀπέλαυσα, non est cur moneam.

1597 ἐθέλομεν, εἰ δοκεῖ,—σπονδὰς ποιεῖσθαι. 1630 εἰ — δοκεῖ σφῷν ταῦτα, κἀμοὶ συνδοκεῖ.

1681 μὰ τὸν Δί', οὐχ οὗτός γε παραδοῦναι λέγει, εἰ μὴ βαβράζει γ' ὥσπερ αἱ χελιδόνες, ubi libri sine sensu βαδίζειν omisso γ'. Βαβράζει dedit Meinekeus, haud dubie, falso: βαβράζειν enim est „contentissima voce clamare", ut Hesychius explicat: βαβράζων· κεκραγὼς συντόνως. Alii aliter emendarunt. Quid Ar. scripserit, incertum; sed omnium optima emendatio est Bentlei: βαβάζει, quod idem Hesychius interpretatur: τὸ μὴ διηρθρωμένα λέγειν „inarticulate loqui". Sensus tamen loci apertus est: „non hic se concedere dicit, sed loquitur obscure, ut hirundines". Ceterum de vi particularum εἰ μὴ — γε vide supra p. 93 ad E. 186.

L. 73 εἴ τι — δεῖ,—λέγε. Idem verbum in protasi legitur: L. 1219. R. 77. 1007. 1368. Ec. 1098. (Pl. 566).

120 ἡμῖν,—εἴπερ μέλλομεν ἀναγκάσειν τοὺς ἄνδρας εἰρήνην ἄγειν, ἀφεκτέ' ἐστίν. 167 εἰ — δοκεῖ σφῷν ταῦτα, χἠμῖν ξυνδοκεῖ. 377 (tetr. iamb.) εἰ ῥύμμα τυγχάνεις ἔχων, λουτρὸν — παρέξω.

532 (an.) εἰ τοῦτ' ἐμπόδιόν σοὐστιν,—τουτὶ τὸ κάλυμμα — ἔχε: de σοὐστίν, quod a Meinekeo loco σοί codicum substitutum est, vide eius Vind. p. 126 et Zielińskii p. 124.

649 (tr.) εἰ — γυνὴ πέφυκα, τοῦτο μὴ φθονεῖτέ μοι. 943 οὐχ ἡδὺ τὸ μύρον μὰ τὸν Ἀπόλλω τουτογί, εἰ μὴ διατριπτικόν γε κοὐκ ὄζον γάμων „istud unguentum minime est suave, sed moram olet, concubitum non item". De particulis εἰ μή — γε vide supra p. 93 ad E. 186.

992 Πρ.· τί δ' ἐστί σοι τοδί; Κη.· σκυτάλα Λακωνικά. Πρ.· εἴπερ γε καὖτη 'στὶ σκυτάλη Λακωνική. 1051 (lyr.) ἐπαγγελλέτω,—εἴ τις ἀργυρίδιον δεῖται λαβεῖν. 1093 εἰ σωφρονεῖτε, θαἰμάτια λήψεσθε. 1162 (Lac.) λῶμες (ll. λώμεσθ'), αἴ τις ἁμὶν τοὔγκυκλον λῇ τοῦτ' ἀποδόμεν (ll. ἀποδῶμεν). 1176 εἰ δοκεῖ δρᾶν ταῦτα, βουλεύσασθε. 1202 (lyr.) ὄψεται — οὐδέν,—εἰ μή τις — ὀξύτερον ἐμοῦ βλέπει. 1204 a

(lyr.) εἴ — τῳ μὴ σῖτος — ἔστι, βόσκει δ' οἰκέτας, —ἔστι παρ' ἐμοῦ λαβεῖν πυρίδια. 1219 εἰ — δεῖ τοῦτο δρᾶν, — προσταλαιπωρήσομεν (ll. προσταλαιπωρήσαιμεν).

Th. 216 πρᾶττ', εἴ σοι (ll. εἴσω) δοκεῖ. 234 εἰ δοκεῖ, φέρε. 343—7 ἢ μοιχὸς εἴ τις ἐξαπατᾷ,—κεἴ τις κάπηλος — τοῦ χοὸς — τὸ νόμισμα διαλυμαίνεται, κακῶς ἀπολέσθαι τοῦτον — ἀρᾶσθε. 470 μισῶ τὸν ἄνδρ',—εἰ μὴ μαίνομαι. 497 εἰ — Φαίδραν λοιδορεῖ, ἡμῖν τί τοῦτ' ἔστι;

536 (tetr. iamb.) εἰ μὲν οὖν τίσις τίς ἐστ' ἐν ἡμῖν,—ταύτης ἀποψιλώσομεν τὸν χοῖρον, quae lectio Velseno debetur; codices: εἰ μὲν οὖν τίς ἐστὶν εἰ δὲ μὴ ἡμεῖς; quod quam longe absit a Velseni coniectura, nemo non videt. Librorum lectionem, quamvis mira nobis videatur, recte se habere equidem existimo; in interpretando autem scholiastae codicis Ravennatis (et Fritzscheo) assentior, qui illud τὶς ita explicat: συντιμωρεῖσθαι αὐτὸν βουλόμεναι (—νη Fritzscheus), ἐπειδὴ ἐπὶ σκηνῆς εἰσιν, et scholiastae Venet. ad Iliad. 1,137, qui hunc locum pro exemplo attici ἀνανταποδότου profert: „nam hoc potissimum mulier, credo, sensit: *si quis adest ultor iniuriae nostrae, bene habet* (valde enim nobis incommodum est in scena versantibus de nostrum una vindictam in propatulo sumere); *sin minus, nos quum ipsae, tum etiam servulae*“ (Fritzscheus). „Quod vero praeter mulieres earumque servas nemo aderat, ad quem illud τίς spectare posset: id non est adeo urgendum in oratione mulieris quam maxime commota“ (Engerus). Praeterea vide Schenk. p. 11.

789 (an.) εἰ κακόν ἐσμεν, τί γαμεῖθ' ἡμᾶς, εἴπερ ἀληθῶς κακόν ἐσμεν; 898 Κη δ.· αὕτη Θεονόη Πρωτέως. Γυ.· μὰ τὼ θεώ, εἰ μὴ Κρίτυλλά γ' Ἀντιθέου, de quo loco vide quae supra p. 93 ad Eq. 186 disputavimus. 962 (lyr.) εἴ — τις προσδοκᾷ κακῶς ἐρεῖν — γυναῖκά μ' οὖσαν ἄνδρας, οὐκ ὀρθῶς φρονεῖ. 1123 (Scyth.) εἰ — ἐπιτυμεῖς τὴ γέροντο πύγισο, — πρώκτισον. 1160 εἰ βούλεσθε — σπονδὰς ποιήσασθαι πρὸς ἐμέ, νυνὶ πάρα.

R. 15 ὥνπερ Φρύνιχος εἴωθε ποιεῖν καὶ Λύκις κἀμειψίας, σκεύη ποτ' εἰ φέρουσιν ἐν κωμῳδίᾳ. Sic Velsenus coniectura quamvis incerta refingere conatur ineptam codicum scripturam σκεύη φέρουσ' ἑκάστοτ' ἐν κ. 70 καὶ — εἴ τί γ' ἔστιν ἔτι κατωτέρω (sc. εἶμι). 74 τοῦτο — μόνον ἔτ' ἐστὶ λοιπὸν ἀγαθόν, εἰ καὶ τοῦτ' ἄρα (sc. ἀγαθόν ἐστι).

77 εἶτ' οὐ Σοφοκλέα—μέλλεις ἀνάξειν, εἴπερ ἐκεῖθεν δεῖ σ' ἀγειν, ubi ἀνάξειν ex Halmii coniectura a Velseno scriptum est, cum libri partim

ἀνάγειν RV contra metrum, partim ἀναγαγεῖν UAM exhibeant, quae scriptura vel eo suspicionem movet, quod aoristus infinitivi tam raro in Atticorum sermone verbo μέλλειν adiungitur, ut Phrynichus hanc constructionem ἐσχάτως βάρβαρον appellet (v. Rutherford. p. 420). Accedit quod, sive aoristum sive futurum inf. legimus, anapaestus efficitur in tertio pede (περ εκει) vix ferendus (v. Bernhardi. p. 263). Restat igitur, ut, praesenti ἀνάγειν, quod in melioribus libris legitur, servato, cum aliquot deterioris notae codicibus, a Blaydesio allatis, γέ particulam post εἴπερ inseramus: licet enim ibi particula metri causa ex alicuius coniectura addita sit, sed tam bona est lectio, ut ipsius Aristophanis esse videatur. Vide Kock. ann.—In initio praecedentis versus codices praebent εἶτ' οὐχί; correxit Bentleius: „Σοφοκλέα, inquit, ultimam habet longam. Aut ergo lege εἶτ' οὐ Σοφοκλέα πρότερον ὄντ' Εὐριπίδου, aut οὐχί, deleto ὄντ'. Viro praestantissimo restitit Brunckius, qui in Σοφοκλέα duas ultimas in unam coalescere putat, ut in Πηλέα v. 863 et Ἡρακλέα Th. 26. Recentiores omnes, quod sciam, priorem Bentlei coniecturam receperunt (alteram inconsiderate factam recte docuit Fritzscheus). Nos vero utrum ducem sequamur: Bentleium an Brunckium atque libros? Equidem hic libros deserere atque Bentlei signa sequi fas esse existimo. Nam etsi tradita scriptura aliqua ex parte duobus illis locis defendi potest, nihilo minus tamen cum omnino ea contractio rarissima est, tum si in reliquis casibus talium nominum semper in iambicis quidem et trochaicis versibus contractas formas aspernatur * Aristophanes aliique comici (v. Kock. ad E. 285 et Fragm. Cratin. 15), nonne multo magis etiam eandem legem in accusativo valuisse putandum est? Accedit alia observatio. Jam pridem docuit Reisigius (Coni. p. 62), in Aristophanis esse consuetudine, ut in trimetro iambico nominis Σοφοκλέης (et similium), ante caesuram penthemimerem collocati, antepaenultimam ictu percuti soleat, contra post caesuram prima syllaba ictum habeat. Isti doctrinae nonnullos locos repugnare, recte animadvertit Fritzscheus, qui tamen unum exemplum e Cratino contra eum affert (nam in Th. 168 nunc aliter legitur): in primo enim pede, qui est ante caesuram, quarta a fine syllaba percutitur (Cratin. 2, 61 (1). Eupol. 2, 515 (16) M.), in quarto autem pede, quamquam post

* In anapaestis unum, quod exstat, exemplum Σοφοκλεῖ R. 1516 contractam formam habet, ut par est: aliter enim in versu poni non poterat.

caesuram est, antepaenultima (N. 815. Pl. 84). Lex ita ferri debebat: in paribus trimetri pedibus antepaenultima ictu percutitur, in imparibus pedibus (et in trochaeis) — quae eam antecedit. * Haec lex tam vera est, ut unam tantum exceptionem invenerim: Cratin. 2, 27 (2) αἰτουντι Σόφοκλεει in quarto pede. Nititur autem 35 locis, (23 Aristophanis, 12 aliorum), quorum 15 sunt in paribus, 20 in imparibus pedibus. Ac *primi* pedis exempla haec inveni: ** Cratin. 2, 61 (1). Eupol. 2, 515 (16); *secundi*: Ar. N. 70. 859. P. 697. Av. 1295. Th. 168. 169. R. 79. 86. 787. Fr. 2, 1176 (2). Cratin. 2, 226 (156). Phryn. 2, 592 (1). Leucon. 2, 749 (1); *tertii*: A. 530. N. 46. P. 531. 695. Av. 100. Fr. 2, 991 (16). Cratin. 2, 218 (139 b). Teleclid. 2, 366 (1). Alexid. 3,395 (v. 12); *quarti*: N. 815. Pl. 84; *quinti*: A. 774. N. 46. 124. 213. P. 1046. Eupol. 2, 464 (13). Platon. 2, 683 (7). Stratt. 2, 774 (5). Antiphan. 3, 3 (1, 6). In *trochaeis* haec nomina reperias in E. 283. V. 462. P. 606. Av. 281. Th. 440. Teleclid. 2, 371 (1, 1). Haec eadem lex plerumque in aliis quoque vocibus valet, quae paeonem quartum exaequant. Quibus demonstratis ad versum nostrum redeo. Tradita igitur scriptura duabus de causis suspecta est: propter synecphonesim terminationis εα raram ac fortasse in eo vocabulo vitiosam et quod in secundo pede ictus cadit in primam syllabam nominis Σοφοκλέα. Equidem non ignoro, haec argumenta, ut quae exceptiones admittant, per se non satis firma esse, sed duo talia unum firmum aequare puto. Itaque Bentlei coniectura lenissima, qua utrumque mendum tollitur, omni laude digna putanda est. Ceterum οὐ alibi quoque in οὐχί corruptum inveniri docet Blaydesius, ut in Pl. 178, ubi ex Velsenianis solus R veram lectionem servavit, Antiph. Athen. p. 226 D. Anaxandr. p. 655 A.

197 εἴ τις ἔτι πλεῖ (ll. ἐπιπλεῖ), σπευδέτω. 496 σὺ — γενοῦ 'γώ,— εἴπερ ἀφοβόσπλαγχνος εἶ. 579 ἀπολοίμην, Ξανθίαν εἰ μὴ φιλῶ. 634 εἴπερ θεός — ἐστιν, οὐκ αἰσθήσεται. 706 (lyr.) εἰ δ' ἐγὼ ὀρθὸς ἰδεῖν βίον ἀνέρος,—οὐ πολὺν οὐδ' ὁ πίθηκος οὗτος — χρόνον ἐνδιατρίψει. 853 ἀπὸ τῶν χαλαζῶν — ἄναγε σεαυτὸν ἐκποδών, εἰ σωφρονεῖς. 861 ἕτοιμός εἰμι — δάκνεσθαι,—εἰ τούτῳ δοκεῖ. 1007 (an.) τὰ σπλάγχν'

---

* In imparibus pedibus ut hic sit ictus, non est mirum: nec enim aliter fieri potest, cum tres aut quattuor breves excipit longa.

** Fragmenta hic affero secundum editionem Meinekei.

ἀγανακτεῖ, εἰ πρὸς τοῦτον δεῖ μ' ἀντιλέγειν. 1109 (lyr.) εἰ — τοῦτο καταφοβεῖσθον,—μηδὲν ὀρρωδεῖτε τοῦτο. 1148 Εὐρ.· εἰ — πατρῷον τὸ χθόνιον ἔχει γέρας,... Δι ο.· οὕτως ἂν εἴη πρὸς πατρὸς τυμβωρύχος. 1159 χρῆσον σὺ μάκτραν, εἰ δὲ βούλει, κάρδοπον. 1368 ἴτε,— εἴπερ γε δεῖ — με ἀνδρῶν ποιητῶν τυροπωλῆσαι τέχνην.

1449 εἰ νῦν γε δυστυχοῦμεν ἐν τούτοισι, πῶς τἀναντί' ἂν (ll. τἀναντία, v. notam in p. 83) πράττοντες οὐ σωζοίμεθ' ἄν; Hos versus ut spurios Velsenus, Hamakero duce, uncis seclusit: „in quo, inquit Wahlenus p. 7, nos non possumus nisi tralaticiam criticorum libidinem agnoscere, qui sicubi paulo plenius elatam sententiam offendunt, sine quibus ea constare quodam modo possit, ut superflua resecanda instant".

Ec. 22 καταλαβεῖν — ἡμᾶς ἕδρας, ἃς Φυρόμαχος — εἶπεν, εἰ μέμνησθ' ἔτι, δεῖ. 893 (lyr.) εἴ τις ἀγαθὸν βούλεται παθεῖν τι, παρ' ἐμοὶ χρὴ καθεύδειν. 945 (lyr.) ταῦτα ποιεῖν ἐστι δίκαιον, εἰ δημοκρατούμεθα. 1098 ὦ τρισκακοδαίμων, εἰ γυναῖκα δεῖ σαπρὰν βινεῖν. 1141—2 καὶ τῶν θεατῶν εἴ τις εὔνους τυγχάνει, καὶ τῶν κριτῶν εἰ μή τις ἑτέρωσε βλέπει, ἴτω μεθ' ἡμῶν. 1164 (tr.) ὥρα,—εἴπερ μέλλομεν τὸ χρῆμα δρᾶν, ἐπὶ τὸ δεῖπνον ὑπαποκινεῖν (ll. ὑπανακινεῖν).

Pl. 61 εἴ τι χαίρεις ἀνδρὸς εὐόρκου τρόποις, ἐμοὶ φράσον. 144 εἴ τι γ' ἔστι λαμπρὸν — ἀνθρώποισι, διὰ σὲ γίγνεται. 289 (tetr. iamb.) ἥδομαι,—εἴπερ λέγεις — ταῦτ' ἀληθῆ. 356 εἴ τι κεκλοφὼς — ἥκεις ἀργύριον ἢ χρυσίον,—κἄπειτ' ἴσως σοι μεταμέλει (sc. πρὸς ἀνδρὸς οὐδὲν ὑγιές ἐστ' εἰργασμένου). 397 εἰ — ἔστιν ἕτερός τις Ποσειδῶν, τὸν ἕτερον (sc. λέγω). 461 τί — ἀδικοῦμεν τοῦτό σε, εἰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγαθὰ πορίζομεν; 475 οἶμαι — ἁμαρτάνοντά σ' ἀποδείξειν ἐγώ, εἰ τοὺς δικαίους φῂς ποιήσειν πλουσίους. 566 εἰ δεῖ λαθεῖν αὐτόν, πῶς οὐχὶ κόσμιόν ἐστι (sc. κλέπτειν), quem versum et metro carentem et sententia ineptum recte iam Bentleius damnavit. 591 (an.) τῆς πενίας πρᾶγμ' αἴσχιον ζητεῖς αὐτῷ περιάψαι, εἰ — ἀνελεύθερός ἐστι. 910 πῶς — ἂν εἴης χρηστός,—εἴ σοι προσῆκον μηδὲν εἶτ' ἀπεχθάνει; 1135 (ὠφελήσαιμι ἄν σε,) εἴ του δέει γ' ὧν δυνατός εἰμί σ' ὠφελεῖν. 1202 εἴ γε — ἐγγυᾷ σύ μοι ἥξειν ἐκεῖνον ὡς ἔμ', οἴσω τὰς χύτρας.

Fr. 45 εἰ μὴ παραμυθεῖ μ' (ll. παραμύθημ') — ἑκάστοτε.

100,2 A. ἐθέλω γεωργεῖν. B. εἶτα τίς σε κωλύει; A. ὑμεῖς. τί δ', εἰ δίδωμι χιλίας δραχμάς, ἐάν με — ἀφῆτε; „quid vero facietis, si do?" ubi τί δ' εἰ a Kockio datum est pro ἐπεί codicum. Sed emendatio

vix vera est: nunquam enim alibi in condicionibus logicis apud Ar. haec apodosis legitur, ac si hoc voluisset comicus, τί δ' ἦν cum coni., ut saepissime, dixisset. At ἐπεί hic aptissimum est nec ab Ar. usu alienum: nam „saepe (18 locis) quod coniunctione ἐπεί adnectitur enuntiatum, proxime accedit ad vim sententiae primariae: nam, etenim,—doch" (Bachmann. Spec. lex. Ar. p. 10), ut V. 319. L. 473. Ec. 312. „Vos, inquit, impeditis: *at* do etc."

139 (an.) εἰ παιδαρίοις ἀκολουθεῖν δεῖ. 569,8 (tetr. iamb.) μέγιστον ἀγαθόν, εἴπερ ἔστι — λαβεῖν. 645 εἰ μὴ Προμηθεύς εἰμι. 657 (lyr.?) εἴ τις κολακεύει.

Εἰ cum futuro indicativi.

Futurum indicativi (quo εἶμι quoque propter significationem refero) in ea ponitur condicione, quae ad futurum pertinet. Idem coniunctivo cum ἄν (vel solo apud poetas quidem) exprimi, notum est. Harum constructionum apud Aeschylum Sophoclemque illam, apud Euripidem, Homerum, comicos, prosae orationis scriptores hanc frequentiorem esse, scite docuit Gildersleeveus. * Quaeritur, quid inter has loquendi rationes intersit. Qua de re multa grammatici protulerunt, quae vix ipsis auctoribus satis intellecta sunt, nedum usui Graecorum respondeant. Atque Kuehneri, Kruegeri, Madvigii, Akenii aliorum de ea re sententias refutavit Middendorfius. ** Videamus igitur, quid hic ipse statuerit et Gildersleeveus cum Goodwino. Ac Middendorfius haec docet (p. 12): „Ἐάν c. coni. wird gebraucht, wenn nicht bloss die Bedingung ausgedrückt wird, sondern auch das temporale Verhältniss, in welchem die Handlung des Bedingungssatzes zu der Handlung des Hauptsatzes steht, deutlich bezeichnet werden soll; dagegen wird εἰ c. futur. indic. gebraucht, wenn nur die Bedingung ausgedrückt, das temporale Verhältniss aber gar nicht bezeichnet werden soll". Haec lex in mente auctoris nata, non ex Graecorum usu data esse videtur: nam si condicio, quae aperte apodosim suam tempore antecedit, haud raro, ut supra ostendi, praesenti coni. effertur, profecto hoc est contra temporalem rationem eaque condicio, si Middendorfio credimus, futuro ind. enuntianda erat. Quid quod in concessivis sententiis, in quibus

* On εἰ with the Future Ind. etc.

** Beiträge etc.

nunquam futurum ind., sed coniunctivus ponitur, temporis ratio omnino neglegitur? Sunt denique loci, quos mox afferam, qui tam inter se similes sunt, ut prorsus dubius haereas, cur in altero illa, in altero hac structura maluerit uti scriptor.

Omnium optime de hac re iudicavit Gildersleeveus, probatus Goodwino (§ 447), qui ita de εἰ cum futuro ind. docet: „This is a still stronger form of expression than the subjunctive, though it sometimes alternates with it in the same sentence. Both, however, correspond to the English *if J shall do* this, if J do this, etc. The future, as an emphatic form, is especially common when the condition contains a strong appeal to the feelings or a threat or a warning". Idem docet (§ 407), futurum ind. poni in ea condicione, quae exprimat praesens consilium vel necessitatem faciendi aliquid („a present intention or necessity that something shall be done hereafter"), ut pro futuro dici possit μέλλω cum inf. Eadem fere sunt, quae ipse apud Aristophanem observavi. Sed praemonendum est, ἐάν c. coni. ubique fere pro εἰ c. fut dici posse: nam vis utriusque structurae eadem est. Sed alibi illa, alibi haec ratio loquendi saepius occurrit.

Ac primum quidem illud attendendum est, dimidium hoc genus condicionum ad secundam personam pertinere: ex 79 enim locis in 40 condicio eum tangit, quocum aliquis loquitur; eodem referendi sunt 2 loci, ubi tertia aut prima persona in obliqua oratione pro secunda dicta est. Restant 37 loci, quorum 15 ad primam, 22 ad tertiam pertinent. Contra in condicionibus, quae ἐάν c. coni. habent, principem locum tertia persona tenet, quae 150 locis invenitur, h. e. dimidium fere omnium hoc genus condicionum continet, cum ad primam 53, ad secundam 103 exempla pertineant.

Deinde hoc observavi, saepissime εἰ cum futuro dici in *minis*, quas aliquis ei, quocum loquitur, si hoc vel illud fecerit aut non fecerit, intendit: quod 26 locis inveni, quo annumerandi sunt illi quoque duo loci in oratione obliqua. Hic ἐάν c. coni. multo rarius occurrit. Contra, si quis absenti alicui minitatur, plerumque ἐάν c. coni. utitur, ut A. 839. 962. N. 945. V. 374. P. 317; εἰ cum fut. ind. quater tantum repperi * (a).

---

* Parum accurate igitur viri docti illi, quos laudavi, universe dicunt „in minis" hoc fieri.

Tum εἰ cum futuro saepe ibi ponitur, ubi aliquis sibi *timet*, si hoc vel illud fiat aut non fiat: quod 13 locis inveni. Hic quoque ἐάν cum coni. rarius dici videtur (b).

Simile est, cum condicio subicitur locutionibus δεινόν, αἰσχρόν, verbo aliquo addito vel omisso: nam hic quoque timor quodam modo exprimitur: quod 9 locis legi. In huiusmodi condicionibus ἐάν c. coni. apud Ar. quidem nusquam vidi (c).

Porro, εἰ cum fut. ind. dicitur, cum condicione exprimitur *consilium* vel *necessitas* aliquid faciendi (quo sensu μέλλω cum inf. usurpatur A. 498. N. 1339. L. 120. Ec. 1164), omninoque cum condicio implebitur postea, quam id, de quo agitur in apodosi, erit perfectum. Haec est fortasse causa, cur futurum ind. in protasi tum potissimum ponitur, cum in apodosi est praeteritum (quod vidit Goodwinus § 448) aut praesens proprium, non spectans ad futurum. Hoc sensu εἰ cum fut. ind. inveni 15 (aut 17) locis. Eodem significatu rarissime quidem, non tamen nunquam, quod est Goodwini iudicium § 408, ἐάν c. coni. dici, aliquot exempla docent, quae p. 49 attuli (d).

Bis denique εἰ cum fut. ind. legitur in *adhortationibus*, cum aliquis alii, quid lucri facturus sit, si hoc vel illud perfecerit, ostendit. Sed longe saepius hoc significatu ἐάν c. coni. usurpatur, ut N. 561. 1009. V. 1057. P. 977. Av. 1111. 1113. Pl. 112. (e).

Restant 6 loci, in quibus qua de causa εἰ c. fut. ind. potius quam ἐάν c. coni. dictum sit, non satis liquet (f).

Iam apponam comparandi causa aliquot exempla utriusque structurae, quae tam similes sunt, vix ut ullum sensus discrimen statui possit.

Εἰ cum fut. ind.	Ἐάν cum coni.
a) L. 439 εἰ—ταύτῃ μόνον τὴν χεῖρ' ἐπιβαλεῖς, ἐπιχεσεῖ πατούμενος.	N. 933 κλαύσει, τὴν χεῖρ' ἣν ἐπιβάλλῃς.
L. 364 εἰ μὴ σιωπήσει, θενών σου 'κκοκκιῶ τὸ γῆρας.	Th. 223 ἐμβαλῶ σοι πάτταλον, ἢν μὴ σιωπᾷς.
N. 1000 εἰ ταῦτα—πείσει τούτῳ,—τοῖς Ἱπποκράτους υἱέσιν εἶξεις.	E. 962 ἐὰν τούτῳ πίθῃ, μολγὸν γενέσθαι δεῖ σε.

b) Av. 932 παρέξει—ἡμῖν—πράγματα, εἰ μὴ—ἀποφευξούμεθα.

d) R. 1460 εὕρισκε,—εἴπερ ἀναδύσει πάλιν.

e) A. 564 εἰ θενεῖς τὸν ἄνδρα τοῦτον, αὐτὸς ἀρθήσει.

Ec. 468 ἦν—μὴ δυνώμεθα, ἄριστον οὐ δώσουσι.

R. 339 οὔκουν ἀτρέμ' ἕξεις, ἤν τι καὶ χορδῆς λάβῃς;

Ec. 247 σὲ στρατηγὸν—αἱρούμεθ', ἢν ταῦθ' ἁπινοεῖς κατερτάσῃ.

N. 1009 ἢν ταῦτα ποιῇς,—ἕξεις στῆθος λιπαρόν.

Ceterum, quod observavit Gildersleeveus, εἰ cum futuro ind. rarissime opponi ἐάν cum coni., id tam verum est, ut apud Ar. omnino nihil tale occurrat.

Praeterea hoc adiecerim, temporis notionem prorsus alienam esse ab hoc genere condicionum (quod sensisse videtur Middendorfius); eadem de causa factum esse videtur, ut nulla huiusmodi condicio generalis sit.

Apodosis plerumque *futurum* habet (quo v. εἶμι quoque refero), sive verbis expressum est, sive ex praegressis intellegitur, indicativi in or. recta, infinitivi in obliqua—53 locis; rarius adest aut intellegitur *praesens* indicativi vel infinitivi—17 locis; *imperativus* invenitur 5 locis, *optativus cum* ἄν 2, *impf.* 1, *aor. ind.* 1.

Futurum: A. 564. 742. 828.—E. 68. 175. 294. 295. 805. 837. 949.—N. 586. 1000. 1278.—V. 190. 254. 437. 653. 1228. 1329.—P. 152. 176. 189. 265. 318. 381.—Av. 177. 932. 1226. 1246. 1253. 1506. 1523.—L. 364. 435. 439. 443. 447. 519. 656. 671. 682. 691. 1091.—Th. 248. 853.—R. 10. 255. 594. 703.—Ec. 1041.—Pl. 65. 447. 1064.

Praesens: A. 316.—E. 609. 1360.—N. 443. 1035.—V. 426. 1264.—Av. 549. 900. 1270.—L. 780.—Ec. 471. 568. 644.—Pl. 505. 878. 923.

Imperativus: N. 452. P. 88. Av. 759. R. 176. 1460.

Optativus cum ἄν: N. 1393. Ec. 162.

Imperfectum: R. 13.

Aoristus ind.: Pl. 556.

His disputatis iam liceat mihi locos afferre.

a) *Minae, ad II personam pertinentes*:

A. 742 (Meg.) εἴπερ ἴξεῖτ' οἰκαδις,—πειρασεῖσθε τᾶς λιμῶ. 828 κλάων (sc. φανεῖς),—εἰ μὴ 'τέρωσε συκοφαντήσεις τρέχων.

E. 68 εἰ μή μ' ἀναπείσετ', ἀποθανεῖσθε, ubi libri fere omnes ἀναπείσητ'.

294 (tr.) διαφορήσω σ', εἴ τι γρύξει, quod Elmsleius scribi iussit pro γρύζεις et γρύξεις codicum; vide Rutherford. Phryn. p. 384.

295 κοπροφορήσω σ', εἰ λαλήσεις. 949 ἴσθ', ὅτι εἰ μή μ' ἐάσεις ἐπιτροπεύειν, ἕτερος ἐμοῦ πανουργότερος—ἀναφανήσεται, ubi malim ita scribere: εἰ μὴ 'μ' ἐάσεις: in pronomen enim cadit pondus orationis. 1360 οὐκ ἔστιν ὑμῖν—ἄλφιτα, εἰ μὴ καταγνώσεσθε ταύτην τὴν δίκην.

N. 1000 εἰ ταῦτα—πείσει τούτῳ,—τοῖς Ἱπποκράτους υἱέσιν εἴξεις. 1278 προσκεκλήσεσθαί γέ μοι (sc. δοκεῖς), εἰ μἀποδώσεις τἀργύριον. Male hic Meinekeus deteriores codices sequi maluit, quam cum melioribus Rav. et Ven. scribere: προσκεκλῆσθαί μοι δοκεῖς, quae et difficilior est lectio et proxime se applicat ad verba Strepsiadis v. 1277 σεσεῖσθαί μοι δοκεῖς. Cf. Teuffelii — Kaehleri ann.

V. 190 εἰ μή μ' ἐάσετε,—μαχούμεθα. 254 (tetr. iamb. sync.) εἰ—κονδύλοις νουθετήσεθ' ἡμᾶς,—ἄπιμεν. 437 (tr.) εἰ—μὴ τοῦτον μεθήσεις, ἔν τί σοι πατήσεται. De ἔν pro ἕν codicum reposito vide quae disputavi in libro meo „De praepp. usu Ar." p. 1.

653 (an.) εἰ μὴ—τουτί—με διδάξεις, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐ τεθνήξεις, ubi libri τεθνήξει et τεθνήσει: vide Rutherford. Phryn. p. 412.

1228 τοῦτ' εἰ σὺ δράσεις, παραπολεῖ. Ita coniecit Porsonus, libri habent τουτὶ σὺ δράσεις; quae lectio tam bona est, ut ne lenissima quidem Porsoni correctione opus esse videatur.

1329 (lyr.) εἰ μὴ 'ρρήσεθ' (ll. 'ρρήσεσθ'), ὑμᾶς—φρυκτοὺς σκευάσω.

P. 189 οὐκ—ἔσθ' ὅπως οὐκ ἀποθανεῖ, εἰ μὴ κατερεῖς μοι.

Av. 1253 εἴ με λυπήσεις τι,—διαμηριῶ τὴν Ἶριν.

L. 364 (tetr. iamb.) εἰ μὴ σιωπήσει, θενών σου 'κκοκκιῶ τὸ γῆρας, quae recte dedisse videtur Dindorfius et Reisigius pro θένων ἐκκοκκιῶ τὸ γ. σου, ut in libris scriptum est.

439 εἰ — ταύτῃ μόνον τὴν χεῖρ' ἐπιβαλεῖς, ἐπιχεσεῖ πατούμενος. 443 εἰ—τὴν χεῖρ' ἄκραν ταύτῃ προσοίσεις, κύαθον αἰτήσεις. 447 εἰ—ταύτῃ πρόσει, ἐκκοκκιῶ σου τὰς—τρίχας. 656 (tr.) εἰ—λυπήσεις τί με,—πατάξω—τὴν γνάθον. 682 (lyr.) εἴ—με ζωπυρήσεις, λύσω τὴν ἐμαυτῆς ὖν. 691 (lyr.) εἰ—κακῶς ἐρεῖς,—ἀετὸν τίκτοντα κάνθαρός σε μαιεύσομαι.

Th. 853 πικρὰν Ἑλένην (ll. Ἑ—η) ὄψει τάχ', εἰ μὴ κοσμίως ἕξεις.

Pl. 65 εἰ μὴ φράσεις,—ἀπό σ' ὀλῶ.

Adde duos locos in *or. obl.*:

Av. 1523 ἐπιστρατεύσειν φασὶ — τῷ Διί, εἰ μὴ παρέξει τἀμπόρι' ἀνεῳγμένα.

L. 519 (an.) ἂν ἔφασκ', εἰ (ll. ἔφασκε κεἰ) μὴ τὸν στήμονα νήσω, ὀτοτύξεσθαι μακρὰ τὴν κεφαλήν.

Minae, ad III personam pertinentes:

Av. 1246 ἆρ' οἶσθ', ὅτι Ζεὺς εἴ με λυπήσει πέρα, μέλαθρα — αὐτοῦ — καταιθαλώσω;

L. 435 εἰ — τὴν χεῖρά μοι ἄκραν προσοίσει,—κλαύσεται.

Th. 248 οἰμώξετἄρ', εἴ τις τὸν ἐμὸν πρωκτὸν πλυνεῖ, ubi pro quattuor prioribus verbis, a Dindorfio et Porsono restitutis, codices exhibent: οἰμώζετ' ἄρ' εἰσ.

Huc referendus est quartus locus in *or. obl.*

N. 586 (tr.) ὁ — ἥλιος — οὐ φανεῖν ἔφασκεν ὑμῖν, εἰ στρατηγήσει Κλέων: in recta or. esset: οὐ φανῶ 'Αθηναίοις, εἰ κτλ.

b) *Timor* eius qui loquitur his locis apparet:

E. 175 εὐδαιμονήσω,—εἰ διαστραφήσομαι; quod nisi interrogative esset dictum, negationem haberet: οὐκ εὐδ.

P. 152 εἰ — ὀσφρήσεται,—ῥίψας με βουκολήσεται. 176 εἰ μὴ φυλάξει (ll. φ - εις), χορτάσω τὸν κάνθαρον. 265 εἴπερ — ἥξει τὸν ἀλεκτρίβανον φέρων, τούτῳ ταράξει τὰς πόλεις, ubi Trygaeus etsi non de se, sed de Graeciae civitatibus timet, tamen harum calamitas ad ipsum quoque pertinet: 318 ἐξολεῖτέ μ',—εἰ μὴ τῆς βοῆς ἀνήσετε. 381 ὑπὸ τοῦ Διὸς ἁμαλδυνθήσομαι, εἰ μὴ τετορήσω πάντα καὶ λακήσομαι.

Av. 177 ἀπολαύσομαί τι,—εἰ διαστραφήσομαι; (v. supra ad E. 175). 932 παρέξει — ἡμῖν πράγματα, εἰ μή — ἀποφευξούμεθα. 1506 ἀπὸ γάρ μ' ὀλεῖς, εἴ μ' — ὁ Ζεὺς ὄψεται, ubi codices vitiose ὀλέσει.

L. 671 (tr.) εἰ — ἐνδώσει τις ἡμῶν ταῖσδε κἂν σμικρὰν λαβήν, οὐδὲν ἐλλείψουσιν αὗται — χειρουργίας. 1091 εἴ τις ἡμᾶς μὴ διαλλάξει,— οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ Κλεισθένη βινήσομεν.

R. 10 μηδ' (sc. εἴπω), ὅτι τοσοῦτον ἄχθος ἐπ' ἐμαυτῷ φέρων, εἰ μὴ καθαιρήσει τις, ἀποπαρδήσομαι. 703 (tr.) εἰ δὲ ταῦτ' ὀγκωσόμεσθα κἀπόσεμνυνούμεθα,—εὖ φρονεῖν οὐ δόξομεν.

c) Verbo δεινόν subiecta est condicio, obiectivi enuntiati quodam modo vicem sustinens, in his:

A. 316 (tr.) τοῦτο τοὔπος δεινόν,—εἰ—τολμήσεις ὑπὲρ τῶν πολεμίων — λέγειν.

E. 609 (tr.) δεινά,—εἰ μηδ' ἐν βυθῷ δυνήσομαι μήτε γῇ μήτ' ἐν θαλάττῃ διαφυγεῖν τοὺς ἱππέας. Duo sunt in his, quae coniecturis hominum doctorum debentur: alterum est Bentlei, qui recte pro μήτ' ἐν γῇ codicum, praepositione deleta, reposuit id quod metro flagitatur. Quod vero Brunckius μηδ' ἐν βυθῷ scribi iussit pro μήτ' ἐν β., quae est codicum lectio, collato Av. 987 καὶ φείδου μηδὲν μηδ' αἰετοῦ ἐν νεφέλῃσιν, μήτ' ἦν Λάμπων ᾖ μήτ' ἦν ὁ μέγας Διοπείθης, hoc viro clarissimo non assentior. * Nec enim illa correctione quidquam opus esse et per se patet et e loco simillimo A. 533 ὡς χρὴ Μεγαρέας μήτε γῇ μήτ' ἐν ἀγορᾷ μήτ' ἐν θαλάττῃ μήτ' ἐν οὐρανῷ μένειν satis intellegitur. Accedit quod Avium loci longe alia ratio est. In nostro enim versu tria illa aequalia sunt; ibi autem duo posteriora priori ita subiciuntur, ut totum (αἰετός) in partes dividatur; nam sententia haec est: „ne aquilae quidem in nubibus quidquam parcito, h. e. ei vati, qui oraculum de aquila recitaverit (v. Bergleri notam), sive Lampon erit, sive Diopithes". Cf. schol.: μήτε, φησὶν, ἐὰν αὐτὸς ᾖ ὁ Λάμπων, φείδου αὐτοῦ, ἐὰν καὶ λέγῃ ὅτι ὡς αἰετὸς γενήσῃ.

V. 426 (tr.) τοῦτο — δεινόν,—εἰ μαχούμεθα.

Av. 1226 δεινότατα—πεισόμεσθ',—εἰ τῶν μὲν ἄλλων ἄρξομεν, ὑμεῖς δ' — ἀκολαστανεῖτε κοὐδέπω γνώσεσθε, ubi mirum in modum plerique editores, Cobetum secuti, ἄρξομεν pro ἄρχομεν, quod in libris legitur, scripserunt, quamquam multo facilius librarii praesens ad sequentia futura accommodassent, quam futurum in praesens mutassent. De sententia vide Kockii notam. **

1270 δεινὸν — τὸν κήρυκα — εἰ μηδέποτε νοστήσει.

R. 255 (lyr.) δεινότερα (sc. πείσομαι),—εἰ διαρραγήσομαι.

Ec. 644 (an.) εἰ δὲ — Ἐπίκουρος — πάππαν με καλεῖ, τοῦτ' ἤδη δεινὸν ἀκοῦσαι. Cf. v. 647, ut videas, quam parvum sit interdum discrimen inter εἰ cum futuro ind. et εἰ cum optativo.

Pl. 447 δεινότατον ἔργον — ἐργασόμεθα, τὸν θεὸν ἔρημον ἀπολιπόντες εἰ φευξούμεθα τηνδὶ δεδιότες, μηδὲ διαμαχούμεθα. Ita edidit Velsenus, Meinekeum et Dobraeum secutus. Codices enim habent

---

* Ridiculum est, quod Brunckius ex Avium loco illum Equitum versum corrigit, Blaydesius autem eum ipsum locum emendatione egere censet.

** Miror Bernhardium, cum de incisione anapaesti ageret, huius memorabilis ac rarissimi anapaesti αρ—χομεν υ—υεις nullam mentionem fecisse.

ἐργασόμεθ' (et ἐργασόμεσθ') εἰ et ἀπολιπόντε ποι, praeterea δεδιότες in solo Veneto legitur, in ceteris δεδιότε. Quod quam temere Velsenus fecerit, Bambergius 1885 p. 13 optime docet: „Ego neque in codicum lectione quid reprehendi possit intellego et in Velseni lectione εἰ ab initio enuntiati tam longe recedere aegre fero. — De ποι cf. Ach. 1035 ἀπιὼν οἴμωζέ ποι. Thesm. 792 κἂν ἐξέλθῃ τὸ γύναιόν ποι".

Similiter ex α ἰ σ χ ρ ό ν pendet condicio in

L. 780 αἰσχρόν,—τὸν χρησμὸν εἰ προδώσομεν.

d) Veniamus ad eos locos, ubi *protasis actio actionem apodosis sequitur*, ut interdum simul in animo aliquem habere vel cogi vel posse aliquid facere significetur. Quod et e sententia loci intellegitur et inde quod apodosis non futurum habet, sed aut praesens ind., aut imperativum, aut etiam praeteritum (R. 13. Pl. 556). Ipsa condicio saepe ad notionem finalis enuntiati proxime accedit.

N. 443 (an.) τοὐμὸν σῶμα — παρέχω τύπτειν,—εἴπερ τὰ χρέα διαφευξοῦμαι τοῖς τ' ἀνθρώποις εἶναι δόξω θρασύς = εἴ μέλλω διαφευξεῖσθαι δόξειν τε: „istuc corpus meum trado verberandum, si modo aes alienum effugere possum", „(ea condicione) ut (vel modo) aes alienum effugiam". 452 (an.) ταῦτ' εἴ με καλοῦσι,—δρώντων,—ὅ τι χρῄζουσιν. 1035 (tetr. iamb.) δεινῶν—σοι βουλευμάτων ἔοικε δεῖν,—εἴπερ τὸν ἄνδρ' ὑπερβαλεῖς καὶ μὴ γέλωτ' ὀφλήσεις „si vis eum superare".

V. 1264 μαθητέον — ἐστὶ πολλοὺς τῶν λόγων, εἴπερ γ' ἀποτίσω μηδέν, ubi et Ravennatem et Venetum omittere γ' dicit Meinekeus in ann. cr. Sed, ut Bekkerus testatur quantumque ex Hirschigii subobscura nota colligi potest, solus V particulam omittit, R autem habet. Sed utcunque res se habet, utraque lectio aeque bona est; quamquam si Florentinus Γ quoque, ut ferunt, γ' non habet et Veneti ipsius auctoritas in Vespis quidem multo maior est quam Ravennatis (v. Bamberg. 1865 p. 14), malim particulam omitti.

P. 88 (an.) μή πνεῖ μοι κακόν·—εἰ δὲ ποιήσεις τοῦτο, κατ' οἴκους—μεῖνον, quos versus nescio qua de causa Meinekeus, Hamakero duce, eiecit.

Av. 759 (tr.) αἶρε πλῆκτρον, εἰ μαχεῖ (ll. μάχει). 900 (lyr.) δεῖ με — καλεῖν — μάκαρας, ἕνα τινὰ μόνον, εἴπερ ἱκανὸν ἔξετ' ὄψον „si quidem satis opsonii habituri estis".

R. 13 τί — ἔδει με ταῦτα τὰ σκεύη φέρειν, εἴπερ ποιήσω μηδέν „si mihi facere non licet". 176 εἰ μὴ καταθήσεις δύο δραχμάς, μὴ διαλέγου „si non vis deponere". 1460 εὕρισκε,—εἴπερ ἀναδύσει πάλιν „si quidem emergere vis", quem locum Velsenus, Kockio obsecutus, pro spurio habet.

Ec. 471 εἰ τῇ πόλει τοῦτο ξυνοίσει, ταῦτα χρὴ πάντ' ἄνδρα δρᾶν. 568 μεγάλα γ', εἰ μὴ ψεύσεται „magna pollicetur (vel potius: magna sunt haec quidem): modo ne fallat".

Pl. 556 (an.) ὡς μακαρίτην — τὸν βίον αὐτοῦ κατέλεξας, εἰ — καταλείψει μηδὲ ταφῆναι.

878 πολλοῦ — ἄξιος — ὁ θεός ἐστιν, εἰ τοὺς συκοφάντας ἐξολεῖ, ubi Velsenus ὁ θεός ἐστιν dedit pro vulgato ὁ θεὸς οὗτος: Plutum enim non a sectatoribus, i. e. ab hominibus iustis (haec autem verba „Iusti" sunt), sed ab adversariis solis ipsi succensentibus vocari: ὁ θεὸς οὗτος. In codicibus utrumque legitur ita: RAU ὁ θεὸς ἔσθ' οὑτοσί (U οὗτος) εἰ, solus V ὁ θεὸς ἔσθ' ὅτι exhibet. Velseni lectionem reprehendit Bambergius 1885 p. 14, qui contulit v. 452, ubi item Plutus ab sectatore Chremylo ὁ θεὸς οὗτος vocatur. „Ut non dicam, inquit, hos duos versus inter se tueri, illic (v. 452) hunc potissimum deum natura inimicum paupertati victorem evasurum esse οὗτος pronomine adiecto maiore vi contenditur, hic (v. 878) ad gravitatem, ne dicam maiestatem verborum, quibus homo iustus utitur, satis apte pronomen additum est, quod nisi cum contemptu dici non posse nemo evincet. Ac copula deleta hic totus locus.... his satis similis est: E. 609. Av. 1269. A. 315. V. 426. L. 779. Pl. 329, quibus enuntiatis omnibus vides copulam deesse. Quae cum ita sint, etiam his duobus locis (v. 452 et 878) Venetum, non RAU peccasse iudicabimus". Recte ille quidem, sed oblivisci videtur, Velseni lectionem non magis Veneti, quam illorum RAU codicum scriptura niti; qui cum utrumque verbum exhibeant, liberum est, utrum velis, servare; et οὗτος nihilo minus quam ἐστίν a posteriore librario vel lectore addi potuit. Itaque utramque lectionem aeque bonam esse equidem censeo.

923 προβατίου βίον λέγεις, εἰ μὴ φανεῖται διατριβή τις τῷ βίῳ.

Eodem potissimum hi duo loci referendi videntur:

Av. 549 (an.) ζῆν οὐκ ἄξιον ἡμῖν, εἰ μὴ κομιούμεθα — τὴν — βασιλείαν, si ita intellegamus: „sine spe regni recuperandi". Aliter N. 1074 τί σοι ζῆν ἄξιον, τούτων ἐὰν στερηθῇς;

Pl. 505 (an.) οὔκουν εἶναί φημ', εἰ παύσει ταύτην βλέψας ποθ' ὁ Πλοῦτος, ὁδόν, ἥντιν' ἰὼν τοῖς ἀνθρώποις ἀγάθ' ἂν μείζω πορίσειεν = optimam viam bona hominibus praebendi ingreditur Plutus, si hanc perditurus est. De variis huius loci lectionibus vide Bamberg. 1885 p. 21.

e) *Praemium* facti promittitur in his:

A. 564 εἰ θενεῖς τὸν ἄνδρα τοῦτον, αὐτὸς ἀρθήσει.

E. 837 (tetr. iamb. sync.) εἰ — ὧδ' ἐποίσεις, μέγιστος — ἔσει.

f) Reliqui loci hi sunt:

E. 805 (an.) εἰ δέ ποτ' εἰς ἀγρὸν οὗτος (= ὁ δῆμος) ἀπελθὼν εἰρηναῖος διατρίψει, καὶ χίδρα φαγὼν ἀναθαρρήσει καὶ στεμφύλῳ εἰς λόγον ἐλθών, γνώσεται οἵων ἀγαθῶν αὐτὸν τῇ μισθοφορᾷ παρεκόπτου, εἶθ' ἥξει σοι δριμὺς ἄγροικος, κατὰ σοῦ τὴν ψῆφον ἰχνεύων, de quo loco supra dixi p. 18. Sed si εἰ cum futuro genuina lectio esset, eo defendi posset, quod isiciarius Cleoni malum minatur.

N. 1393 (lyr.) εἰ — ἀναπείσει, τὸ δέρμα τῶν γεραιτέρων λάβοιμεν ἂν ἀλλ' οὐδ' ἐρεβίνθου, qui locus fortasse iis annumerandus est, quos littera *b* insignivi.

R. 594 (lyr.) εἰ — παραληρῶν ἁλώσει κἀκβαλεῖς τι μαλθακόν, αὖθις αἵρεσθαί σ' ἀνάγκη 'σται — τὰ στρώματα, ubi libri pro κἀκβαλεῖς praebent καὶ βάλῃς, κἀκβάλῃς, καὶ βάλλεις, pro 'σται V dat 'στι, reliqui omnino omittunt. Hic locus fortasse iis similis est, quos littera *a* notavi: nam hic quoque, ut ibi, chorus Xanthiae malum praedicit, nisi quod non infenso est in eum animo, sed benevolo.

Ec. 162 ἐκκλησιάσουσ' (ll. ἐ-ζουσ') οὐκ ἂν προβαίην, — εἰ μὴ ταῦτ' ἀκριβωθήσεται. 1041 εἰ καταστήσεσθε τοῦτον τὸν νόμον, τὴν γῆν ἅπασαν Οἰδιπόδων ἐμπλήσετε. Hic quoque locus ad *b* referri potest.

Pl. 1064 εἰ — ἐκπλυνεῖ τις — τὸ ψιμύθιον, ὄψει κατάδηλα τοῦ προσώπου τὰ ῥάκη, ubi ἐκπλυνεῖ τις Wakefieldius coniecit pro ἐκπλυνεῖται codicum: nam futurum medii verborum liquidorum sensu passivo non usitatum fuisse videtur. Vide Krueg. gr. 39, 11, ann., qui tamen mirum in modum hoc verbum iis annumerat, quae in —ιοῦμαι exeunt. Sed si Platoni Gorg. 521 E licuit ita dicere κρινοῦμαι, quid est cur Aristophani ἐκπλυνεῖται non licuisse putemus?

Εἰ cum futuro optativi.

Optativus futuri semel legitur pro fut. indicativo in condicione, cuius apodosis, participio prolata, ex praeterito ipsa pendet. Qui

locus iis annumerandus est, quos littera *d* signavi. Cf. Madvig. Gr. § 132 d.

E. 776 (an.) σοὶ χρήματα πλεῖστ' ἀπέδειξα ἐν τῷ κοινῷ, — οὐ φροντίζων — οὐδενός, εἰ σοὶ χαριοίμην „modo tibi gratificarer".

Εἰ cum aoristo indicativi.

In *Apodosi* legitur *praesens ind.* 7 locis: E. 790. Av. 477. Th. 474. 540. R. 613. 689. Ec. 1006; *futurum ind.* 5 locis: E. 483. N. 593. V. 62. R. 147. 242; *imperfectum* 4 locis: E. 347. P. 1151. R. 152. 1196; *imperativus* 4 locis: A. 579. V. 556. 958. Th. 1156; *coniunctivus aor.* (prohibitivus cum μή) 1 loco: Pl. 1146; *perfectum ind.* 1 loco: V. 1050; *optativus cum* ἄν 1 loco: A. 307; locutio τί ἄλλο 1 loco: E. 615.

Iam sequuntur ipsi loci.

A. 307 (tr.) πῶς — ἂν καλῶς λέγοις ἄν, εἴπερ ἔσπεισω γ' ἅπαξ. 579 συγγνώμην ἔχε, εἰ — εἰπόν τι κἀστωμυλάμην.

E. 347 (tetr. iamb.) εἶ που δικίδιον εἶπας εὖ, — ᾧου δυνατὸς εἶναι λέγειν. 483 δείξεις, εἴπερ ἀπεκρύψω τότε — τὸ κρέας. 615 τί δ' ἄλλο γ', εἰ μὴ Νικόβουλος ἐγενόμην; „quid aliud nisi victoriam adeptus sum?" V. Kockii ann. 790 (an.) εἴ πού τις ἀνὴρ ἐφάνη τῷ Δήμῳ μᾶλλον ἀμύνων, ἐθέλω περὶ τῆς κεφαλῆς περιδόσθαι.

N. 593 (tr.) εἴ τι κἀξημάρτετε, ἐπὶ τὸ βέλτιον τὸ πρᾶγμα τῇ πόλει ξυνοίσεται.

V. 62 οὐδ' εἰ Κλέων γ' ἔλαμψε, — αὖθις τὸν αὐτὸν ἄνδρα μυττωτεύσομεν. 556 (an.) οἰκτειρόν μ', — εἰ — πώποθ' ὑφείλου. 958 εἰ — ὑφείλετο, ξύγγνωθι. 1050 (an.) ὁ ποιητὴς οὐδὲν χείρων — νενόμισται, εἰ παρελαύνων (ll. εἴπερ ἐλαύνων) τοὺς ἀντιπάλους τὴν ἐπίνοιαν ξυνέτριψεν.

P. 1151 (tr.) ἦν—λαγῷα τέτταρα, εἴ τι μὴ 'ξήνεγκεν αὐτῶν ἡ γαλῆ.

Av. 477 (an.) εἰ πρότεροι — γῆς — ἐγένοντο, — αὐτῶν — ἔσθ' ἡ βασιλεία.

Th. 474 τί — βαρέως φέρομεν, εἰ δύ' ἡμῶν ἢ τρία κακὰ ξυνειδὼς εἶπε; 540 (tetr. iamb.) εἰ — εἶπον — δίκαια, διὰ τοῦτό — με δεῖ δοῦναι δίκην; 1156 (lyr.) εἴ — ποτε — ἤλθετε (ll. ἤλθετον), — νῦν ἀφίκεσθε (ll. ἀφίκεσθον).

R. 147 (ὄψει) ἐν — τούτῳ κειμένους, εἴ που ξένον τις ἠδίκησε κτλ. 152 ἐχρῆν (sc. κεῖσθαι ἐκεῖ), — κεἰ τὴν πυρρίχην τις ἔμαθε τὴν Κι-

νησίφυλλ. 242 (lyr.) φθεγξόμεσθ', εἰ δή ποτε — ἁλώμεσθα καὶ. 613 εἰ πώποτ' ἦλθον δεῦρ', ἐθέλω τεθνηκέναι, ἢ 'κλεψα πῶν σῦν — m. 689 (lyr.) εἴ τις ἥμαρτε, — ἐγγενέσθω φημὶ χρῆναι — λῦσαι τὰς ἁμαρτίας.

1196 εὐδαίμων ἄρ' ἦν, εἰ κἀστρατήγησέν γε μετ' Ἐρασινίδου, quem locum sunt qui ita accipiant, quasi in apodosi esset ἄν (v. Petri. p. 20). Quod cum fieri non posse sensisset Blaydesius in annotatione critica vulgatam sibi placere negavit atque in contextu scripsit εὐδ. γ' ἂν ἦν, sed in commentario traditam scripturam optime ita interpretatus est: „Edepol beatus fuit (hominem beatum praedicas), si quidem etiam classi praefuit cum Er.“ Fritzscheo explicanti: „beatus igitur erat (*beatior futurus*), siquidem etiam praetor fuisset“, haud facile quemquam assensurum puto.

Ec. 1006 οὐκ ἀνάγκη μοὐστίν, εἰ μὴ τῶν ἐτῶν (ll. ἐμῶν) τὴν πεντακοσιοστὴν κατέθηκας.

Pl. 1146 μὴ μνησικακήσῃς, εἰ σὺ Φυλὴν κατέλαβες.

Εἰ cum praesenti et aoristo ind.

In *apodosi* est *imperativus*.

Th. 335 sq. εἴ τις ἐπιβουλεύει τι τῷ δήμῳ κακόν,—ἢ 'πικηρυκεύεται,—ἢ τυραννεῖν ἐπινοεῖ,—ἢ παιδίον ὑποβαλλομένης κατεῖπεν, ἢ δούλη—ἐνετρύλισεν,—ἢ—ἀγγελίας ψευδεῖς φέρει,—ἀπολέσθαι τοῦτον—ἀρᾶσθε.

Εἰ cum perfecto indicativi.

In *apodosi* legitur *praesens ind.* 4 locis: E. 764. N. 1143. R. 191. Fr. 267, 1; *futurum ind.* 2 locis: Av. 1571. Ec. 679.

E. 764 (an.) εὔχομαι, εἰ—γεγένημαι βέλτιστος ἀνήρ,—δειπνεῖν ἐν τῷ πρυτανείῳ.

N. 1143 ὀλίγον—μοι μέλει, εἴπερ μεμάθηκέ γ' εὖ λέγειν Φειδιππίδης, ubi Meinekeus μεμάθηκέ γ' pro μεμάθηκεν codicum scripsit.

Av. 1571 ὦ δημοκρατία, ποῖ προβιβᾷς ἡμᾶς ποτε, εἰ τουτονὶ κεχειροτονήκασ' οἱ θεοί; ubi verba τουτονὶ κεχ. pro τουτονί γ', ἐχειροτόνησαν scribi iussit Elmsleius (ad A. 108), propterea quod rarissime apud Ar. usurpentur ὁδί γε, οὑτοσί γε et similia, et quod quinque versibus interpositis dictum sit perfectum ἠρήμεσθα. Sed „rarissime“ non est „nunquam“, aoristus autem haud raro ibi etiam

ponitur, ubi perfectum exspectandum erat: cf. R. 1010, ubi perf. cum aor. eodem sensu coniunctum est.

R. 191 δοῦλον οὐκ ἄγω, εἰ μὴ νεναυμάχηκε τὴν περὶ τῶν κρεῶν.

Ec. 679 (an.) ῥαψῳδεῖν ἔσται—τοὺς ἀνδρείους ἐν τῷ πολέμῳ, κεἴ τις δειλὸς γεγένηται.

Fr. 267, 1 εἴ τί σ' ἠδίκηκ', ἐθέλω δίκην δοῦναι.

Εἰ cum perfecto et aoristo ind.

In *apodosi* est *futurum ind.*

R. 1010 (an.) ταῦτ' — εἰ μὴ πεποίηκας, ἀλλ' ἐκ χρηστῶν καὶ γενναίων μοχθηροὺς τούσδ' ἀπέδειξας, τί παθεῖν φήσεις ἄξιος εἶναι; Verba μοχθηροὺς τούσδ' Velsenus de coniectura scripsit: codices enim fluctuant, cum alii RA μοχθηροὺς (sine τούσδ') habeant, alii V μοχθηροτέρους τ', alii UM μοχθηροτάτους. Lectiones codicum VUM pro glossematis ut habeantur, suadet etiam Schnaeus (De Ar. manuscriptis etc. p. 8), qui multis locis perpensis hanc legem tulit: „si Parisinus A cum R consentiat, discrepantem Veneti scripturam satis suspectam esse habendam", ipseque παμμοχθηρούς [lege παμμοχθήρους] coniecit. Ego vero μοχθηροτάτους, licet correctio sit, cum utique optimum sit, retinendum censeo. Cf. Fritzschei ann.

Εἰ cum imperfecto.

In *apodosi* adest vel intellegitur *imperfectum* 3 locis: P. 1070. L. 522. Pl. 1021; *aoristus ind.* vel *inf.* 2 locis: A. 559. V. 1025; *futurum ind.* auditur 1 loco: E. 1310.

Generalem condicionem esse in Pl. 1021 supra dixi p. 71.

A. 559 συκοφάντης εἴ τις ἦν, ὠνείδισας.

E. 1310 (tr.) οὐδὲ Ναυφάντης (sc. ἄρξει),—εἴπερ ἐκ πεύκης γε κἀγὼ καὶ ξύλων ἐπηγνύμην.

V. 1025 (an.) εἴ τις ἐραστὴς—ἔσπευδε πρὸς αὐτόν, οὐδενί—φησι πιθέσθαι.

P. 1070 (hex.) εἰ—μὴ νύμφαι γε—Βάκιν' ἐξαπάτασκον,—οὔπω θέσφατον ἦν Εἰρήνης δέσμ' ἀναλῦσαι.

L. 522 (an.) πῶς ὀρθῶς (sc. ἔλεγεν), εἰ μηδὲ κακῶς βουλευομένοις ἐξῆν ὑμῖν ὑποθέσθαι;

Pl. 1021 Γ ρ.· ὄζειν—τῆς χρόας ἔφασκεν ἡδύ μου· Χ ρ.· εἰ θάσιον ἐνέχεις.

Εἰ cum optativo et ἄν.

In *apodosi* item *optativus cum* ἄν intellegendus est.

N. 1183 πῶς γάρ (sc. μί' ἡμέρα γένοιτο ἂν ἡμέραι δύο); εἰ μή, πέρ γ' ἅμα αὐτὴ γένοιτ' ἂν γραῦς τε καὶ νέα γυνή.

SENTENTIAE CONCESSIVAE,

quae proprie sunt ipsae quoque condiciones, ducuntur a particulis κεἰ E. 1250. N. 1152. 1492. V. 1333. P. 652. L. 501. Ec. 888 et εἰ καί L. 254. Hae omnes, praeter N. 1152, ad illud condicionum genus pertinent, quibus quae facta continentur re ipsa vera sunt (v. p. 89, 2).

In *protasi*, ut dixi, sexies legitur *praesens*: E. 1250. N. 1492. V. 1333. L. 254. 801. Ec. 888, bis *imperfectum*: N. 1152. P. 652. In *apodosi* ter *praesens ind.*, bis *futurum ind.*, bis *imperativus* invenitur, semel *optativus cum* ἄν intellegendus est.

E. 1250 ἄπιθι, κεἴ σ' ἄκων ἐγὼ λείπω, ubi κεἰ a Bergkio pro καί datum est, quamquam hoc retineri potest.

N. 1152 (ἀποφύγοις ἂν δίκην,) κεἰ μάρτυρες παρῆσαν. 1492 κἀγώ τιν' αὐτῶν—δοῦναι δίκην ἐμοὶ ποιήσω, κεἰ σφόδρ' εἶσ' ἀλαζόνες.

V. 1333 δώσεις—τούτων δίκην,—κεἰ σφόδρ' εἶ νεανίας.

P. 652 ἄττ' ἂν—λέγῃς ἐκεῖνον, κεἰ πανοῦργος ἦν,—ταῦτα—τοὺς σεαυτοῦ λοιδορεῖς.

L. 254 (tetr. iamb.) ἡγοῦ βάδην, εἰ καὶ τὸν ὦμον ἀλγεῖς. 501 (an.) Λυσ. σωστέον.—Προ. κεἰ μὴ δέομαι;

Ec. 888 κεἰ — δι' ὄχλου τοῦτ' ἐστὶ τοῖς θεωμένοις, ὅμως ἔχει τερπνόν τι.

E. De elliptico usu particulae condicionalis.

Particula condicionalis haud raro usurpatur in nonnullis locutionibus, in quibus ex usu Graecorum praedicatum omitti solet. Apud Ar. hae locutiones eiusmodi inveniuntur.

1. Εἰ vel εἴπερ cum pronomine indefinito τις (cui additur ἄλλος vel καὶ ἄλλος) aut adverbio indefinito ποτέ vel πώποτε in formulis: εἴ (εἴπερ) τις (καὶ) ἄλλος; εἴ (εἴπερ) ποτε (πώποτε), usurpatur ad augendam vim alicuius vocis sensu „magis quam alius quisquam,

magis quam unquam“=„potissimum, quam maxime“. Similiter Latine dicitur: „si quisquam“ (Cic. Lael. 2, 9).

A. 405 ὑπάκουσον, εἴπερ πώποτ' ἀνθρώπων τινί, quod significat: „ausculta mihi, si unquam auscultasti cuiquam“, h. e. „nunc quam maxime“.

E. 594 (lyr.) δεῖ—πορίσαι σε νίκην, εἴπερ ποτέ, καὶ νῦν.

N. 356 (an.) εἴπερ τινὶ κἄλλῳ—δήξατε κἀμοὶ φωνήν.

P. 302 (tr.) βοηθήσωμεν, εἴπερ πώποτε.

Ec. 81 ἐπιτήδειος—ἂν ἦν—εἴπερ τις ἄλλος βουκολεῖν τὴν Δημώ (ll. τὸν δῆμον) „omnium aptissimus esset“.

Pl. 655 ἄνδρα τότε μὲν ἀθλιώτατον, νῦν δ' εἴ τιν' ἄλλον μακάριον κεὐδαίμονα „felicissimum ac beatissimum“, ubi attractio casus attendenda est.

2. Εἰ interdum additur verbo ὥσπερ in comparatione, ita tamen, ut eius vim nihil mutet (cf. Goodwin. § 485): A. 876. E. 270. N. 1358. 1360. V. 130. 1107. Av. 51. (748). 1519. L. 115. Ec. 537. Fr. (266. 474). 495.

3. Semel εἴπερ per se stat singulari significatione in

N. 227 ἔπειτ' ἀπὸ ταρροῦ τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς, εἴπερ; ubi intellegendum esse videtur ὑπερφρονεῖν χρὴ (δεῖ) τοὺς θεούς. Cf. Krueg. Gr. 65, 5, 11.

4. Οὐδ' εἰ valet „ne—quidem“ in

V. 352 (an.) οὐκ ἔστιν ὅπῃς οὐδ' εἰ σέρφῳ διαδῦναι.

Idem a Meinekeo de coniectura scriptum est in

V. 1223 ὡς οὐδ' εἰ Διακρίων δέξεται pro ὡς οὐδείς γε Διακρίων (vel διακριῶν) δεδέξεται, quod in codicibus exstat, unde vulgata lectio profecta est: ὡς οὐδεὶς Δ. δέξεται. Meinekei coniectura, cuius sensum hunc esse voluit (Vind. p. 33): „tam scite excipiam scolia, ut ne Diacrio [quidem?] possit scitius“, vereor ne sit falsa: alia enim est ratio versus 352, quem citat, alia huius: ibi enim negatio praecedit, hic non item. Omninoque locutio rara esse videtur. Vulgata autem lectio cur ferri non possit, equidem non video (nisi quod δέξεται aliquid suspicionis movet: solet enim Ar. in talibus praedicatum omittere). Ceterum si quem (ut Bambergium 1865 p. 22) offendit, quod in vulgata lectione γέ particula contra libros omissa est, possis particula transposita ita scribere: ὡς γ' οὐδεὶς Δ. δέξεται, quam collocationem semel apud Ar. vidi in Ec. 1130 ὡς γ' οὐδεὶς ἀνήρ; sine γέ legitur ὡς οὐδεὶς (ἀνήρ) quin-

quies: V. 88. 150. 889. 1023. Pl. 247, γέ post οὐδείς positum est ὡς οὐδείς γ' ἀνήρ semel: Pl. 901.

5. Saepe in negativa sententia Graece dicitur εἰ μή eodem sensu, quo Latine „nisi" h. e. „excepto". Cf. p. 112 ad E. 615, Goodwin. § 476.

a) A. 684 (tr.) οὐχ ὁρῶντες οὐδὲν εἰ μὴ τῆς δίκης τὴν ἠλύγην.

E. 1106 μηδὲν ἀλλ' εἰ μὴ σθιε=nihil aliud fac nisi ede.

N. 229 οὐ γὰρ ἄν ποτε ἐξηῦρον—τὰ μετέωρα πράγματα, εἰ μὴ κρεμάσας τὸ νόημα καὶ τὴν φροντίδα λεπτὴν καταμίξας εἰς τὸν ὅμοιον ἀέρα „nisi suspensa meditatione", ubi Teuffelius audiri iubet (εἰ μὴ) ἐζήτουν (κρεμάσας). Cf. infra fr. 217, 1.

V. 402 (an.) ποτε,—εἰ μὴ νῦν, ἐπαρήξετέ μοι.

P. 828 οὐκ (sc. εἶδον), εἰ μή γέ που ψυχὰς δύ' ἢ τρεῖς.

Fr. 217,1 (tetr. iamb.) εἰ μὴ φέροντες.

Ann. Alia est ratio loci

L. 629 (tr.) οἷσι πιστὸν οὐδέν, εἰ μή περ λύκῳ κεχηνότι, ubi particulae non exceptionem significant, sed sententiam praecedentem confirmant, ut in Av. 326. L. 992, de quibus p. 89 egi. Ad verbum enim ita haec vertenda sunt: „quibus nihil est fidei, si non est fides lupo", i. e. „quibus non plus inest fidei quam lupo".

b) Eandem vim exceptionis habent particulae in locutione εἰ μὴ διά.

V. 558 (an.) ὃς ἔμ' οὐδ' ἂν ζῶντ' ᾔδειν, εἰ μὴ διὰ τὴν προτέραν ἀπόφευξιν „qui ne esse quidem me sciret, nisi a me ante absolutus crimine esset".

c) Eodem sensu dicitur ἐὰν μή, sed ita, opinor, ut per totius loci rationem liceat coniunctivum audire.

E. 996 (lyr.) ἁρμονίαν ὁ παῖς οὗτος οὐ δύναται μαθεῖν, ἢν μὴ δωροδοκηστί, scilicet μάθῃ.

L. 251 οὐ — τασαύτας οὔτ' — ἀπειλὰς οὔτε πῦρ ἥξουσ' ἔχοντες, ὥστ' ἀνοῖξαι τὰς πύλας ἐὰν μὴ ἐφ' οἷσιν ἡμεῖς εἴπομεν, h. e. ἐὰν μὴ ἀνοίξωσιν.

d) Pro εἰ μή sine ullo sensus discrimine dicitur πλὴν εἰ, quod tamen duobus locis (N. 361. 734) in codicibus in πλὴν ἢ depravatum est. Vide Kaehleri notam ad N. 361.

N. 361 (an.) οὐκ — ἂν ἄλλῳ — ὑπακούσαιμεν,—πλὴν εἰ Προδίκῳ. 734 οὐδέν γε (sc. ἔχω), πλὴν εἰ τὸ πέος ἐν τῇ δεξιᾷ.

Av. 601 (an.) οὐδεὶς οἶδεν τὸν θησαυρὸν τὸν ἐμόν, πλὴν εἴ τις ἄρ' ὄρνις.

Th. 531 (tetr. iamb.) οὐκ — ἔστι τῶν ἀγαισχύντων — γυναικῶν οὐδὲν κάκιον, — πλὴν, ἄρ' εἰ γυναῖκες.

6. Restat locutio εἰ δὲ μή „sin minus, alioqui", quae adeo usu trita est, ut fere in unius vocabuli vim abierit: ponitur enim etiam tum, cum praecedit negativa sententia, cum igitur proprie εἰ δέ solum dicendum erat. Pro εἰ δὲ μή multo rarius dicitur ἐὰν δὲ μή, nullo tamen discrimine: nam εἰ δὲ μή quoque saepissime ibi ponitur, ubi, si plene elata esset sententia, ἐάν cum coni. ponendum erat. Ceterum εἰ δὲ μή invenitur apud Ar. omnino 19 locis, quattuordecies praecedente affirmativa sententia: E. 69. 1158. N. 1194. V. 428. 972. 1444. P. 262. Th. 288. R. 793. 1133. Ec. 962. 1060. Pl. 470. Fr. 506,3, quater negativa: N. 1433. P. 384. Av. 133. R. 629, semel mixta: V. 435. — Ἐὰν δὲ μή bis legitur, praecedente affirmativa sententia: N. 885. V. 930.

Restat, ut de sex locis pauca disputem: E. 1132. N. 414. Av. 371. 1259. L. 304. Pl. 119, ubi quae in codicibus exstant condicionales sententiae ab editoribus meis in alia enuntiationum genera mutatae sunt. Atque

E. 1131 sq. (lyr.) in codicibus ita legitur: χοὕτω μὲν ἄν εὖ ποιοῖς (ita fere omnes, nisi quod A ποιῇς et P ποιεῖς), εἴ σοι πυκνότης ἔνεστ' ἐν τῷ τρόπῳ, ὡς λέγεις, τούτῳ πάνυ πολλή, εἰ τοὐσδ' ἐπίτηδες — τρέφεις κτλ. In his Velsenus, Meinekeum et Reiskeum secutus, pro ἄν — ποιοῖς scripsit ἄρ'—ποιεῖς, pro εἴ σοι πυκν. autem καί σοι πυκν. Causa mutandi, ut ex Meinekeo cognoscimus (Vind. p. 65), duplex est: altera quod nullum praeter hoc exemplum optativi contracti ποιοῖς apud Ar. reperitur, altera quod duplex εἰ offensionem habet. Atque optativum hoc loco optime defendit Rutherfordius (Phryn. p. 444), vir, ut Cobeti cultor, coniecturarum minime metuens: „No conjecture, inquit, is required, for a single instance of a form that was certainly possible in Tragedy occurring in Comedy out of regular metres does not enfranchise that form as genuine Attic, or diminish the validity of our argument against it". Attamen Meinekei correctio tam lenis est tantoque meliorem facit sententiam (nam optativus cum ἄν parum aptus videtur), ut praeser-

tum in tanta codicum discrepantia quia recipiatur non resistam. Duplicis protasis in una eademque sententia exempla sat multa alius homo Anglus congessit, Goodwinus § 510. Praeterea particula condicionalis in v. 1132 aliquid praesidii habet ex adiectis verbis ὡς λέγεις, quae condicioni, alienam orationem repetenti, optime conveniunt, ut in E. 483 νυνὶ διδάξεις, εἴπερ ἀπεκρύψω — τὸ κρέας, ὡς αὐτὸς λέγεις, in. simplici autem affirmatione admodum languida sunt.

N. 413 sq. (an.) in libris ita legitur: ὦ τῆς μεγάλης ἐπιθυμήσας σοφίας ἀνθρώπε παρ' ἡμῶν, ὡς εὐδείμων ἐν Ἀθηναίοις καὶ τοῖς Ἕλλησι γενήσει, εἰ μνήμων εἶ καὶ φροντιστής, καὶ μὴ κάμνεις μήθ' ἑστὼς μήτε βαδίζων, μήτε ῥιγῶν ἄχθει λίαν, μήτ' ἀριστᾶν ἐπιθυμεῖς κτλ. Haec verba citat Diogenes Laertius (II, 5, 27), sed aliquantum mutata, ut pro παρ' ἡμῶν habet δικαίως, pro τοῖς Ἕλ. γενήσει habet τοῖς ἄλλοις διαζῆς, pro εἰ μν. εἶ habet εἶ γὰρ μνήμων indeque in sequentibus οὔτε pro μήτε, κοὔτε τι pro καὶ μή. Hunc secutus est Meinekeus, nisi quod παρ' ἡμῶν et τοῖς Ἕλλησι servavit et διαζῆς ex Cobeti coniectura in διάξεις mutavit. Meinekeus igitur magis Diogeni credit, quam libris Aristophaneis, qui nobis servati sunt. Quod si recte facit, concedendum est, codices nostros adeo depravatos esse, ut fere nullus versus errore gravissimo vacuus sit. Non tamen concedet hoc qui secum reputaverit, quam perverse saepissime antiquorum loci a posterioribus afferantur, sive quod memoriter scribebant, sive quod sui consilii gratia verba mutabant (cf. Blass. Kritik § 5 et 25). Adde quod codicum lectio Diogenis lectioni praestare videtur: nam choro, Strepsiadem ignoranti, multo magis convenit condicio quam certum iudicium (cf. v. 483—4). Illud quoque monebo, quod scio non magni esse momenti, nusquam me neque apud Ar. nec apud ceteros comicos legisse μήτε τι aut οὔτε τι, quod Diogenes in v. 415 praebet. Particulae autem ita coniunctae, ut in codicibus invenimus, μή — μήτε — μήτε, alibi quoque reperiuntur, ut A. 634—5.

Av. 371 (tr.) in libris ita legitur: εἰ δὲ τὴν φύσιν μὲν ἐχθροί, τὸν δὲ νοῦν εἰσιν φίλοι. Meinekeus ex Dobraei coniectura scripsit οἱ δέ. Quod quam inutile sit, ex Kockii annotatione colligas.

1259 in libris ita traditur: ἢν μή σε παύσει τῆς ὕβρεως οὑμὸς πατήρ. Meinekeus, Bentleium secutus, scripsit ἤ μήν, quod verum videtur.

L. 304 (lyr.) libri: εἰ πότ' αὐτῇ μᾶλλον ἢ νῦν — ἀρήξομεν; Recte Meinekeus ἤ πότ'.

Pl. 119 libri: ὁ Ζεὺς μὲν οὖν ἐκεῖνος τὰ τοιαῦτα μὲν ἐμοὶ πόσον' ἂν ἐπιτρέψειε. Helenae pro ἐμ' ἐκ πόσου iusto violentius dedit ἐμ' ἐκ πόσου. In loco multum vexato nolim diu versari, eam praesertim nullam spem habeam sanandi, sed non possum non proferre lectissimam correctionem, quae mihi in mentem venit: quid si pro ἐκείνος reponamus εἰκόνα? quod propter proximum τὰ in hac dictione facile ad Ζεὺς accommodari potuit. Jupiter si mea cognoscat horum stulta consilia scire, penitus perdat! — Sed cum editoribus fere omnibus (Bergkio, Meinekeo, Dindorfio, Blaydesio) lectionem οὐδ' ὡς, quam in margine codicis eiusdem ferunt invenisse, probatam esse videam, de hac paucis exponendum censeo. Hoc Ar. vix scribere potuit. Nam ὡς post vocem varissimam est 6 enim locis tantum occurrit, quorum 5 non trimetri sunt: N. 458 (lyr.). 626 (tr.). Nu. 685 (tetr. iamb.). 1337 (lyr.). Av. 605 (an), 1 trimeter est ille quidem, sed a choro dicitur: Nu. 1509. Usitata autem constructio huius verbi est aut ὅτι (ὅτιή) aut participium. Deinde, nostro loco, si scribas οὐδ' ὡς, haec verba quasi in parenthesi dicta esse putandum est. In hac vero formula semper dicitur (οὐ) οὐδ' ὅτι, ut (οὐ) ἴσθ' ὅτι, quorum illud legitur apud Ar. 15 locis: A. 555. 1179. Nu. 1348. Pa. 365. 953. 1296. L. 59. 100. 554. 764. (R. 599). Pl. 72. 452. 838. Fr. 1522, alterum 6 locis: N. 89. Pa. 378. Av. 1408. Th. 12. Pl. 188. 889. Reliqui loci, ubi ὅτι post loc. positum est, hi sunt 17 numero: A. 118. 375. E. 948. N. 331. 1254. 1329. Pa. 228. 371. 1303. Av. 84. 609. 668. 1176. 1221. 1246. R. 584. Ec. 992. ὁπή 2 locis legitur: V. 1395. Av. 1010. Quid igitur valent illi sex contra hos quadraginta?

CAPUT IV.

Sententiae temporales.

Sententiarum temporalium tria genera discerno: unum est earum, quae a particulis *cum* significantibus ducuntur, alterum earum, quae particula *dum* incipiunt, tertium earum, quas particula *priusquam* orditur. Hae autem omnes secundum modos ita dividuntur, ut aliae habeant indicativum, aliae coniunctivum (cum ἄν plerumque coniunctum), aliae optativum; praeterea πρίν etiam cum infinitivo con-

iungitur. Harum eas, quae coniunctivo et optativo apud Ar. elatae sunt, fusius tractabo, omnibus locis allatis; de iis autem, quae indicativum (et infinitivum) habent, brevius disputabo, numeris tantum versuum appositis, ne liber nimis crescat. Ordiamur igitur, ut in condicionalibus, ab iis, quae coniunctivo efferuntur.

A. Enuntiationes temporales, coniunctivo prolatae.

Enuntiationes temporales, quae coniunctivo (cum ἄν) efferuntur, ut condicionales, aut *futurae* sunt, aut *generales*. Ac primum quidem videamus

I. Enuntiata temporalia, quae a particula cum ducuntur.

Graecae particulae, quae Latinae „cum" in his enuntiatis respondent, sunt hae: ὅταν (ὅκκα in sermone hominis Megarensis A. 762), ἡνίκ' ἄν, ἐπειδάν, ὁπότταν, ἐπήν, ἐπεί κεν (E. 1056 in versu epico). Huius generis sententiae ita comparatae sunt, ut actio secundarii enuntiati aut eiusdem sit temporis atque actio primarii, aut eam antecedat. Semel tantum Ec. 634 actio secundaria sequitur actionem primariam, quae admodum rara exceptio videtur esse. Actio contemporanea, eaque diutina, quae eadem interdum repetita est, semper exprimitur praesenti coniunctivi; actio, quae vel tota vel initium eius primariam antecedit, profertur aoristo, nisi quod in Ec. 663 et 665 actio futura, aliam antecedens, (fortasse, quia repetita est et in priore loco diutina) praesenti coni. elata est, et Th. 493 idem factum est in sententia generali de actione diutina, in praesenti repetita. Perfectum coni., cuius usus admodum angustis finibus circumscriptus est, usitatam vim suam retinet atque statum, qui actionem sequitur, eventumque eius, enuntiato primario contemporaneum, significat.

Ann. 1. Semel in sententia generali Av. 1440 enuntiatum temporale, verbo ἀκούειν subiectum, fere obiectivi vice fungitur.

Ann. 2. Mirum in modum, nisi quid me fallit, in L. 404 sententia temporalis ad causalem prope accedit.

De particulis. De particularum temporalium, quas supra attuli, usu quo facilius iudicari possit, duas tabulas appono, quarum altera ostenditur, quoties quaeque particula cum praesenti, aoristo, perfecto coni. iuncta inveniatur, altera — in quo metri genere quoties reperiatur.

I.

	Praesens.		Aoristus.		Praes. et aor.		Perfectum.		SUMMA.
	Sent. fut.	Sent. gen.	Sent. fut.	Sent. gen.	Sent. fut.	Sent. gen.	Sent. fut.	Sent. gen.	
ὅταν	24	27	16	14	2	1	0	2	
	48		30		3		2		83 = 63,84%
ἡνίκ' ἄν	3	7	2	3	0	1	1	0	
	10		5		1		1		17 = 13,08%
ἐπειδάν	5	1	9	0	0	0	0	0	
	6		9		0		0		15 = 11,54%
ὁπόταν	1	5	3	3	0	0	0	0	
	6		6		0		0		12 = 9,23%
ἐπήν	1	0	1	1	0	0	0	0	
	1		2		0		0		3 = 2,31%
Summa.	31	40	31	21	2	2	1	2	
	71		52		4		3		130 = 100%

II.

	Trim. iamb.	Anap.	Lyr.	Troch.	Tetram. iamb.	Hexam.
ὅταν	38	22	10	4	6	3
ἡνίκ' ἄν	5	0	7	5	0	0
ἐπειδάν	11	1	1	0	2	0
ὁπόταν	0	7	2	0	0	3
ἐπήν	2	0	0	0	0	1
	56	30	20	9	8	7

Ex his tabulis haec de particularum usu colligi possunt.

1. Longe frequentissima est particula ὅταν in omnibusque generibus versuum usitata (maxime autem in iambis et anapaestis, rarius in trochaeis). Semel in Th. 1205 ei additum est τάχιστα.

2. Ἡνίκ' ἄν praecipue ponitur in trochaeis et lyricis locis.

3. Ἐπειδάν praeter iambos raro occurrit. Semel in Ec. 416 ei additum est πρῶτόν.

4. Ὁπόταν poetica (vel potius epica) particula esse videtur nec cottidiani sermonis, quippe quae neque in iambis neque in trochaeis usquam inveniatur. Eademque eius ratio esse videtur apud ceteros comoediae *antiquae* scriptores: his enim locis occurrit: Pherecr. 2, 255 (2) M. — lyr.; 2, 264 (8) — trim. (sed fragmentum brevius est, quam ut quidquam certi statui possit); Platon. 2, 679 (1) — trim. (sed in oratione magnifica). Neque in *media* comoedia alius eius usus est: Ephipp. 3, 323 (1, 1 et 1, 9) — anap.; Timocl. 3, 600 (1,3) — locus lyricus, uti videtur, quamquam de metro dubitatur; Xenarch. 3, 617 (1, 23) — trim. (sed fortasse parodia est, ut v. 21; utique Xen. ultimus fere est mediae comoediae scriptorum). *Novae* vero comoediae temporibus particula iam in cottidianum sermonem penetrat et in trimetris occurrit: Philem. 4, 54 (59 a); Men. 4, 236 (13); Mach. 4, 497 (v. 10).

5. Ἐπήν, epica atque antiqua particula sineque dubio a cottidiano sermone Attico aliena, omnium rarissima est: legitur enim semel in hexametro, bis in trimetris, quorum alter versus (Av. 1355) est in lege antiqua ficta (ubi contracta forma accusativi πελαργιδῆς aut π—εῖς item mira neque usitata est), alter (L. 1175) legitur in Lysistratae oratione, quae elatiore genere dicendi constanter fere uti solet (cf. Bachmann. Coni. p. 107). Neque in fragmentis comicorum usquam haec particula legitur, sed ἐπάν in media et nova comoedia saepe.

6. De *significatione* particularum haec annotanda videntur. Omnium earum vis fere eadem est: omnes enim et praesens et aoristum coni. admittunt, — omnesque et in futuris et in generalibus sententiis occurrunt; quin etiam est ubi alia aliam nullo sensus discrimine excipiat, ut in E. 1031—2 ὅταν et ὁπόταν; sed ὅταν et ἡνίκ' ἄν saepius praesenti, ἐπειδάν contra saepius aoristo iungitur: ἐπειδάν igitur magis „postquam" quam „cum" est (vide etiam infra, cum de ind. agetur). Mirum in modum denique ἐπειδάν fere in futuris sententiis legitur (14-ies), in generalibus autem semel tantum.

Restat, ut locos enumerem, in quibus hae particulae inveniuntur.

ὅταν: A. 1065.—E. 92. 754. 865. 888. 1082. 1120. 1137.—N. 69. 71. 376. 391. 404. 489. 620. 708. 988.—V. 160. 194. 253. 263. 482. 590. 606. 687. 705. 1236.—P. 388. 800. 833. 868. 913. 931. 1351.—Av. 134. 190. 518. 521. 710. 967. 1116. 1448. 1611. 1622.—L. 404. 560. 567. 1019. 1231.—Th. 153. 157. 493. 678. 948. 1205.—R. 11. 17. 746. 753. 812. 877. 1101. 1443. 1463.—Ec. 100. 309. 359. 633. 634. 640. 652. 665. 781. 871. 990.—Pl. 150. 520. 783. 904.—Fr. 84. 488. 535. 693.

ἡνίκ' ἄν: A. 670.—N. 618. 622. 1124. 1211.—V. 404. 892.—P. 120. 1159. 1179.—Av. 1095.—R. 747. 815. 1008.—Ec. 273.—Pl. 107. 248.

ἐπειδάν: A. 29. 256. 1011.—E. 1388.—V. 1352.—P. 859. 916.—R. 132. 206.—Ec. 272. 354. 416. 663. 1092. 1100.

ὁπόταν: E. 197. 824. 1031.—N. 1008.—V. 715.—P. 1166.—Av. 489.—L. 770. 1193.—R. 1042.—Pl. 529. 567.

ἐπήν: Av. 983. 1355.—L. 1175.

---

1) ENUNTIATA FUTURA.

In enuntiatis temporalibus primi generis futuris, in *protasi praesens coni.* 31 locis legimus, *aoristum* 32, *praesens et aoristum* 2, *perfectum* 1 loco. Haec omnia faciunt numerum 66.

Ann. Semel legimus in sententia temporali ὁπότε cum futuro ind.: V. 613 (an.) κοὐ (ll. καὶ) μή με δεήσῃ εἰς σὲ βλέψαι καὶ τὸν ταμίαν, ὁπότ' ἄριστον παραθήσει. Sed cum neque apud Ar. usquam alibi haec constructio inveniatur, et omnino rarissima sit (v. Goodwin. § 530. Fassbaender. p. 48), malim hoc enuntiatum pro quaestione obliqua accipere et βλέψαι praegnanti significatione, ut saepe (v. Stephani Thes. v. 2, p. 281), praeditum esse putare, hoc sensu: „neque me opus erit ad te et condumpromum tuum respicere, *exspectantem*, *quando* prandium mihi appositurus sit."

Praesens coniunctivi.

In *apodosi* omnium frequentissimus est usus *futuri ind.*, quod 13 locis occurrit, ita ut uno loco E. 1031—2 una apodosis habeat duas protases, vel, ut accuratius dicam, altera protasis ipsi futuro

subiecta est, altera participio, ex eo pendenti. Loci autem sunt hi: A. 256. E. 1032. N. 489. 1124. 1211. V. 892. P. 913. Av. 1115. 1611. Ec. 652. 668. 665. Pl. 520. Multo rarius invenitur *imperativus* 2 locis: A. 1068. Ec. 272, et qui eius vicem sustinet *infinitivus* 2 locis: Th. 157. R. 132, et *coniunctivus prohibitivus*, qui dicitur, 1 loco: Av. 184. Porro, *coniunctivus* in enuntiato finali (cum ἵνα οὐ μή) efficit apodosin 2 locis: P. 931. Ec 871; *infinitivus*, ex verbo χρή suspensus, 1 loco: Av. 988; locutio τί δέ vel τί δῆτα (ubi futurum verbi δρᾶν vel similis audiri potest) 4 locis: V. 1236. P. 859. 863. Ec. 640. Denique apodosis omnino *abest*, ita ut futurum ex cohaerentia orationis intellegatur, 5 locis: N. 69. 71. V. 482. L. 1019. R. 1443.

Iam afferantur loci.

A. 256 ὅστις—ἐκποιήσεται γαλᾶς σοῦ μηδὲν ἧττους βδεῖν, ἐπειδὰν ὄρθρος ᾖ (repetitio). Libri habent ἧττον: ἧττους dedit Elmsleius. Nec tamen haec coniectura locus obscurus sanatur; vide Schoemanni p. 11.

1065 ὅταν στρατιώτας καταλέγωσι, τουτουὶ—ἀλειφέτω τὸ πέος.

E. 1031+2 (hex.) ὅς,—ὁπόταν δεινῆς, ἐπτηρῶν, ἐλέβεται σου τύτθιον, ὅταν—χάσκῃς (repetita actio).

N. 69—71 ὅταν—ἆρμ' ἐλαύνῃς πρὸς πόλιν.... ὅταν μὲν οὖν τὰς αἶγας ἐκ τοῦ φελλέως, h. e. „quam erit pulchrum!“ vel simile.

489 ὅπως, ὅταν τι προβάλλω σοι σοφόν,—ὑφαρπάσει. Ita scripsit Meinekeus de coniectura, cum codices προβάλλωμαί σοι V, προβάλλωμαι ceteri praebeant. Ac de medio quidem non diiudico: nam, quamvis probabile sit activum consuetudinique Atticorum respondens, quid faciamus Hesychii interpretamento: προβαλοῦ· ἐρώτησον? saepenumero enim fit, ut medium ab activo tenuissimo ac fere nullo discrimine separetur: v. Kr. gr. 52, 8, 4. Kuehner. ad Xen. Mem. 1, 2, 64. Sed sive medium sive activum Aristophanes scripsit, non praesenti opus esse existimo, sed aoristo, quem et metrica ratio et grammatica fere postulat. Nam anapaestum in quarto (et secundo) pede enclitica ea condicione ordiri potest, „ut ante tertiam versus arsim interpunctio fiat“ (Bernhardi. p. 262). Grammatica autem ratione sensuque eo commendatur aoristus, quod actio secundarii enuntiati non diutina, etiamsi est repetita, tamen si primariam antecedit, non semper illa quidem, sed plerumque aoristo ex-

primitur, ut in N. 703. Av. 190 (ut in libris legitur). Ec. 359. 416. Pl. 529 (cf. tamen quae supra p. 121 dixi de Ec. 685). Lege igitur aut προβάλωμαι aut προβάλω σοι cum Hirschigio (in ed. Vesp. p. 146). Sic pro ἐπαναβάλεσθε in Ec. 272 codices contra metrum formam cum λλ praebent.

1124 (tr.) ἡνίκ' ἂν αἱ—ἑλᾶαι βλαστάνωσ',—ἀποκεκόψονται. 1211 (lyr.) φήσουσι—οἱ φίλοι,—ζηλοῦντες, ἡνίκ' ἂν σὺ νικᾷς.

V. 482 (tr.) νῦν μὲν οὐδὲν ἀγεῖς. ἀλλ' ὅταν ξυνήγορος ταῦτά—σου καταντλῇ καὶ ξυνωμότην καλῇ, ubi ξυνωμότην dedit Hirschigius; libri habent ξυνωμότας V, ξυνωμο suprascripto τ R.

892 ἡνίκ' ἂν λέγωσιν, οὐκ εἰσφρήσομεν. 1236 τί δ', ὅταν Θέωρος—ᾄδῃ;

P. 859 (tetr. iamb.) τί δῆτ', ἐπειδὰν νυμφίον μ' ὁρᾶτε—ὄντα; 863 (tetr. iamb.) τί δῆθ', ὅταν—τῶν τιτθίων ἔχωμαι; 913 (tetr. iamb.) ὅταν τρυγᾶτ', εἴσεσθε.

931 ἵν', ὅταν ἐν τηκκλησίᾳ ὡς χρὴ πολεμεῖν λέγῃ τις, οἱ καθήμενοι—λέγωσι. Codices, et sententia et versu pessumdato, ὅταν omittunt iidemque omnes, praeter S, ut auctor est Blaydesius, pro λέγῃ habent λέγει. Sed coniunctivum et particulam, cum ἄν composita, necessariam esse, quoniam de re futura agatur, perspicuum est; cum autem ἐάν, quod ultimam producit, inseri non possit, nihil fere restat aliud quam ut cum Meinekeo ὅταν scribatur. V. Mein. Vind. p. 47.

Av. 134 μὴ—ἔλθῃς, ὅταν ἐγὼ πράττω κακῶς. 983 (hex.) ἐπὴν—ἀλαζὼν λυπῇ θύοντας καὶ σπλαγχνεύειν ἐπιθυμῇ,—χρὴ τύπτειν αὐτόν. 1611 ὅταν ὀμνύῃ τις τὸν κόρακα καὶ τὸν Δία, ὁ κόραξ—τοὐπιορκοῦντος—ἐκκόψει τὸν ὀφθαλμόν.

L. 1019 (lyr.) ὅταν βούλῃ (sc. παῦσαι vel παύσει).

Th. 157 ὅταν σατύρους — ποιῇς, καλεῖν ἐμέ (repetita actio).

R. 132 ἐπειδὰν φῶσιν οἱ θεώμενοι εἶναι, τόθ' εἶναι καὶ σὺ σαυτόν. 1443 ὅταν τὰ νῦν ἄπιστα πίσθ' ἡγώμεθα (sc. σωθησόμεθα).

Ec. 272 ἐπειδὰν ταῦτα — ἔχῃ καλῶς, περιδεῖσθε τοὺς πώγωνας. 640 (an.) τί δῆθ', ὅταν ἀγνὼς ᾖ (sc. ὁ πατήρ); 652 (an.) σοὶ — μελήσει, ὅταν ᾖ δεκάπουν τὸ στοιχεῖον,—χωρεῖν ἐπὶ δεῖπνον (repetitio). 663 (an.) τὴν (ll. τῆς) αἰκίας οἱ τύπτοντες πόθεν ἐκπίσουσιν, ἐπειδὰν — ὑβρίζωσιν; 665 (an.) ταύτης—ὅταν τις ἀφαιρῇ, οὐχ ὑβρεῖται—αὖθις. 871 δέδοικα,—μή, ὅταν κατατιθῶ, προσποιῇ τῶν χρημάτων.

Pl. 520 (an.) τίς ἔσται — ὁ πωλῶν, ὅταν ἀργύριον κἀκεῖνος ἔχῃ;

Aoristus coniunctivi.

In *apodosi* omnium frequentissimum est *futurum* ind., quod 14 locis legitur: E. 1388. V. 1352. P. 916. Av. 190. L. 770. 1175. Th. 678. 1205. R. 206. 815. 1003. Ec. 359. 633. Pl. 529. Eodem referendi sunt hi 3 loci, in quibus futurum ind. ex praecedentibus auditur: V. 194. Ec. 354. 1092. Futuro similis est *praesens propheticum*, quod dicitur, quod 1 loco in oraculo inveni: E. 197, et *optativus cum* ἄν (κέ) — 2 locis: E. 1056 (vide ipsum locum). Ec. 100. Haud saepe occurrit *imperativus* — 4 locis: N. 703. P. 338. Ec. 634. Fr. 693, et qui eius vice fungitur *infinitivus* — 1 loco: Av. 967. *Infinitivus*, ex verbo δεῖ vel χρή pendens, 2 locis legitur: Ec. 1100. Fr. 535; similiter *infinitivus* (cui ἄν temere addidit Meinekeus), ex verbo χρῶ suspensus,—1 loco: V. 160. *Coniunctivus* (cum ἐάν) in protasi condicionalis enuntiati efficit apodosim temporalis 1 loco: Ec. 416; locutio τί δῆτα item 1 loco: A. 1011. Denique, apodosis omnino *abest*, ita tamen, ut futurum ind. intellegendum sit, 2 locis: R. 1463. Ec. 990.

Iam afferamus locos.

A. 1011 (lyr.) τί δῆτ', ἐπειδὰν τὰς κίχλας — ἴδητε;

E. 197 (hex.) ὁπόταν μάρψῃ βυρσαίετος — δράκοντα,—δὴ τότε Παφλαγόνων ἀπόλλυται ἡ σκοροδάλμη.

1056 (hex.) καί κε γυνὴ φέροι ἄχθος, ἐπεί κεν ἀνὴρ ἀναθείῃ, qui versus, scholiastae testimonio, ex parva Iliade sumptus est. Pessime hic Cobetus pro optativo ἀναθείῃ, quod in libris legitur, coniunctivum ἀναθείῃ reponi iussit; quod Bergkius, Meinekeus, Velsenus in contextum etiam receperunt. Sed optativus cum ἄν vel κέν in sententiis temporalibus, praesertim optativo cum ἄν vel κέν in primario enuntiato praecedente, haud raro apud Homerum legitur, ut Il. IX, 304 νῦν — χ' Ἕκτορ' ἕλοις, ἐπεὶ ἄν μάλα τοι σχεδὸν ἔλθοι, de quo usu vide Krueger. II, 54, 17, 2; Goodwin. 542.

1388 φήσεις, ἐπειδὰν τὰς σπονδὰς παραδῶ σοι.

N. 703 (lyr.) ὅταν εἰς ἄπορον πέσῃς, ἐπ' ἄλλο πήδα νόημα (repetitio).

V. 160 ὁ — θεός — μοὔχρησεν,—ὅταν τις ἐκφύγῃ μ', ἀποσκλῆν' ἂν τότε. Particulam ἄν suo periculo adiecit Meinekeus, libris ἀποσκλῆναι praebentibus, scilicet, ut futurum significaret. Sed ne cui aoristus inf. verbo χρῆν appositus scrupulum moveret, prudenter cavit

Madvigius Adv. crit. I, p. 176, monens χρῆν verbum praecipiendi notionem, a qua profectum sit, retinere: deos enim eorumque vates, quod futurum esse praesagiant, fieri iubere (cf. Stahl. Quaest. gramm. p. 11).

194 (εἶσει,) ὅταν φάτης. 1352 ἐγώ σ', ἐπειδὰν οὗμὸς υἱὸς ἀποθάνῃ,—ἔχω παλλακήν.

P. 338 (tr.) ὅταν λάβωμεν αὐτήν, τηνικαῦτα χαίρετε. 916 (tetr. iamb.) φῄσεις,—ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἶνου — λεπαστήν.

Av. 190 ὅταν θύσωσιν ἄνθρωποι θεοῖς,—τὴν κνῖσαν οὐ διαφρήσετε (repetita actio), ubi ἄνθρωποι sine causa δασύνει Dindorfius (cf. Fuller. p. 51): nullo enim pacto discernere possumus, utrum scripserit Ar. Ceterum pro θύσωσιν Meinekeus praesens ut reponatur suadet: quod etsi satis probabile est, tamen tradita scriptura non est sollicitanda: nam nidor et inter sacrificationem et post ad deos ascendebat.

967 (hex.) ὅταν οἰκήσωσι λύκοι πολῖαί τε κορῶναι ἐν ταὐτῷ,—θῦσαι — κριόν.

L. 770 (hex.) ὁπόταν πτήξωσι χελιδόνες εἰς ἕνα χῶρον — ἀπόσχωνται δὲ φαλήτων, παῦλα κακῶν ἔσται. 1175 ἐπὴν διαλλαγῆτε, ταῦτα δράσετε.

Th. 678 (lyr.) αὐτῶν ὅταν ληφθῇ τις ἀνδρῶν τι δρῶν,—πᾶσιν ἐμφανὴς ὁρᾶν ἔσται. 1205 ὅπως ἀνδρικῶς, ὅταν λυθῇς τάχιστα, φεύξει.

R. 206 ἀκούσει — μέλη,—ἐπειδὰν ἐμβάλῃς ἅπαξ. 815 (lyr.) χόλαν— ἕξει, ἡνίκ' ἂν παρίδῃ θήγοντος ὀδόντα ἀνπιτέχνου. 1093 (lyr.) ὅπως— φυλάξεις, ἡνίκ' ἂν τὸ πνεῦμα λεῖον.—λάβῃς. 1463 τὴν γῆν ὅταν νομίσωσι τὴν τῶν πολεμίων εἶναι, σφετέραν κτλ. (sc. σωθήσονται), quos versus Valsenus, Kockio praeeunte, pro spuriis habet.

Ec. 100 τὸν πώγωνα — ὅταν καθῶμεν, — τίς οὐκ ἂν ἡμᾶς ἄνδρας ἡγήσαιτο; 354 κἄγωγ' (sc. βαδιοῦμαι), ἐπειδὰν ἀποπατήσω. 359 ὅταν φάγω, ὅποι βαδιεῖταί μοι τὸ λοιπὸν ἡ κόπρος (sc. τοῦτό με τὸ λυπροῦν ἐστιν) (repetita actio). 416 ἦν — παρέχωσι τοῖς δεομένοις οἱ κναφῆς χλαίνας, ἐπειδὰν πρῶτον ἥλιος τραπῇ, πλευρῖτις ἡμῶν οὐδένʼ ἂν λάβοι ποτέ (repetita actio).

638 (an.) καταχήνῃ τῶν σεμνοτέρων ἔσται πολλὴ καὶ πὴν σφραγῖδας ἐχόντων, ὅταν Ἐμβαδίων εἴπῃ, ubi Ἐμβαδίων ex D. Heinsii coniectura profectum est pro ἐμβάδʼ ἔχων R et ἐμβάδʼ N. Olim valde mihi arridebat, quod Bleydesius annotavit apte opponi pauperem ἐμβάδʼ (= ἐμβάδε) ἔχοντα divitibus σφραγῖδας ἔχουσι. Sed diligentius

re considerata, sententiam mutavi: postulat enim consuetudo Aristophanis Atticorumque, ut illa vox in plurali, non duali numero ponatur: vide E. 321. 870. 872. 875. N. 858. V. 103. 275. (447). 1157. Ec. 47. 314. 342; similiter ἐμβάδια: Pl. 848. 941. Hinc apparet, inconsulte in E. 872 Dindorfium coniecisse ξεῦγος ἐμβάδοιν, quod commentum Bergkius Meinekeus Velsenus Kockius in contextum certatim receperunt, omnibus codicibus ἐμβάδων praebentibus: at etiam ζεῦγος, de pari dictum, constanter, quod sciam, cum plurali nominis coniungitur, non cum duali, ut falso docet Meinekeus in Vind. p. 62, velut ζεῦγος Ἀτρειδῶν Aeschyl., cuiusmodi exempla satis multa allata sunt in Stephani Thesauro vol. 4 p. 19. Ac ne quis in loco nostro ἐμβάδ' ἔχων pro ἐμβάδα ἔχων dictum esse putet, moneo, hanc vocem in singulari numero, cum de duobus aut multis calceis agatur, non poni nisi comicus sublime genus dicendi imitetur: N. 719. Ec. 507. 850. Pl. 759. Quae cum ita sint, lectio ἐμβάδ' ἔχων, solius Ravennatis auctoritate nixa, valde correctionem redolet.

634 (an.) ἐπιτήρει, ὅταν — παραδῶ σοι δευτεριάζειν. 990 ὅταν γε κρούσῃς τὴν ἐμὴν πρῶτον θύραν (sc. τηνδεδὶ κρούσεις). 1092 καλῶς (sc. δικωπεῖν δυνήσει), ἐπειδὰν καταφάγῃς βολβῶν χύτραν. 1100 ἐπειδὰν τῆσδ' ἀπαλλαγῶ, Φρύνην (sc. δεῖ με βινεῖν).

Pl. 529 (an.) οὔτε μύροισιν μυρίσαι στακτοῖς (sc. ἔξετον), ὁπόταν νύμφην ἀγάγησθον (repetita actio).

Fr. 535 (an.) ταῦθ' ὅταν ἔλθῃ, τί ποιεῖν χρή με; 693 (hex.) ὅταν θύσῃς τι, κάλει με, ubi κάλει pro καλεῖ recte puto Heringam et Cobetum coniecisse, nisi quis malit cum Dindorfio καλεῖν; Bergkium autem temere θύσῃς pro θύῃς posuisse.

Praesens et aoristus coniunctivi

In *apodosi* est *futurum*.

P. 1351 (lyr.) φήσεις γ', ὅταν ἐσθίῃς οἰνόν τε πίῃς πολύν.

Av. 1622 ὅταν διαριθμῶν ἀργυρίδιον τύχῃ—ἢ καθῆται (ll. κάθηται), —ἰκτῖνος ἁρπάσας προβάτοιν δυοῖν τιμὴν ἀνοίσει τῷ θεῷ.

Perfectum coniunctivi.

In *apodosi* est *imperativus*.

Ec. 273 ἡνίκ' ἂν δέ γε τούτους (= τοὺς πώγωνας) ἀκριβῶς ἦτε περιηρμοσμέναι, καὶ θαἰμάτια — ἐπαναβάλεσθε, ubi ἀκριβῶς ἦτε conie-

cit Hirschigius, diviso quod in libris coniunctim exaratum legitur ἀκριβώσητε. Quae correctio satis probabilis est: nam τούτους ad ἀκριβώσητε pertinere non potest, propterea quod ἀκριβοῦν est „exacte aliquid facere"; neque participio adiuncto ἀκριβοῦν (ad analogiam εὖ ποιεῖν) usquam legi videtur.

---

2) ENUNTIATA GENERALIA.

Enuntiata huius generis in *protasi* habent *praesens* coni. (quo refero v. κεῖσθαι quoque) 40 locis, *aoristum*—22, *praesens et aoristum una*—2, *perfectum*—2, quae omnia faciunt numerum 66.

Ann. Tribus locis talia enuntiata praesenti ind. elata sunt (quam rem rarissimam esse contendit Goodwinus § 535): quorum duo in libris ita leguntur neque ulli dubitationi sunt obnoxia: E. 62 ὃ δ' αὐτὸν ὡς ὁρᾷ μεμακκοακότα, τέχνην πεποίηται „ubi eum videt...., opus aggreditur". Fr. 188 ὁ μηχανοποιός, ὁπότε βούλει τὸν τροχὸν ἡμᾶν (ll. ἐᾶν) ἀνεκάς (ll. κἀνεκάς et sim.), λέγε, χαῖρε φέγγος ἡλίου. Tertius autem locus inutili Meinekei coniecturae debetur: Av. 76 ὅτε μὲν ἐρᾷ φαγεῖν ἀφύας, — τρέχω 'π' ἀφύας: libri habent τοτέ. Quid fuerit causae, ut librorum lectio, nullo nomine vituperanda, mutaretur, equidem non video: nam condicio hic sententia primaria expressa est, quod nihil offensionis habet: vide quae disputavit Akenius § 209. At Meinekei coniectura et rem admodum raram, ut dixi, invehit, et ab iis quae sequuntur discrepat: ἔτνους δ' ἐπιθυμεῖ δεῖ τε τορύνης καὶ χύτρας, τρέχω 'πὶ τορύνην: nam si Ar. ibi ὅτε μέν scripsisset, sine dubio hic quoque ὅτε δέ posuisset; sin autem hic paratoxi usus est, non debet dubitari, quin ibi quoque eadem ratio loquendi praeferenda sit.

Praesens coniunctivi.

In *apodosi* plerumque legitur *praesens ind.* (quo refero propter significationem perfecta ἕστηκα et κέχηνα)—23 locis: A. 29. E. 92. 754. N. 391. 620. V. 253. 263. P. 120. 800. 1159. 1166. Av. 521. 1095. L. 404. 1193. Th. 153. 493. R. 753. Ec. 309. 781. Pl. 248. 567. Fr. 488, 4. Eodem pertinent 3 loci, ubi praedicatum substantivo vel adiectivo continetur, copula ἐστίν omissa: L. 560. Th. 948.

R. 1101. Sequuntur 5 loci, ubi etsi in apodosi est praesens ind., tamen proxime sententia temporalis aut *infinitivo*, ab eo pendenti, subiecta est — 2 locis: N. 988. Av. 710, aut *participio* — 3 locis: N. 622. R. 747. Pl. 783, quo addi potest 1 locus: N. 1008, ubi participium pendet ex futuro ideoque ipsum ad futurum tempus pertinet, secundaria autem enuntiatio actionem ad omne tempus pertinentem designat. Porro, *perfectum ind.* occurrit 2 locis: E. 888. Av. 1440 (de quo vide supra p. 121), quo referendus est 1 locus: E. 824, ubi in apodosi est *participium* perf. *Aoristus empiricus* 2 locis legitur: A. 670. E. 1129. Item 1 loco invenitur *coniunctivus* in sententia finali: Av. 518, in quo eadem dicenda sunt, quae modo dixi in N. 1008. *Abest* apodosis 2 locis: R. 11, ubi imperativus intellegendus est, et Fr. 84, quod, cum apodosis non servata sit, futuris quoque sententiis annumerari potest.

Iam sequuntur loci.

A. 29 ἐπειδὰν ὦ μόνος, στένω. 670 (lyr.) οἷον — φέψαλος ἀνήλατο, — ἡνίκ' ἂν ἐπανθρακίδες ὦσι παρακείμεναι, οἱ δὲ θασίαν ἀνακυκῶσι (ll. ἀνακυκλῶσι), — οἱ δὲ μάττωσιν.

E. 92 ὅταν πίνωσιν ἄνθρωποι (ll. ἄνθρ.), τότε πλουτοῦσι. 754 ὅταν— ἐπὶ ταυτησὶ καθῆται τῆς πέτρας, κέχηνεν.

824 (an.) μιαρώτατος, ὦ Δημακίδιον, καὶ πλεῖστα πανοῦργα δεδρακώς, ὁπόταν χασμᾷ, καὶ τοὺς καυλοὺς τῶν εὐθυνῶν ἐκκαυλίζων καταβροχθίζῃ, κἀμφοῖν χειροῖν μυστιλᾶται τῶν δημοσίων. Ita scripsit Velsenus, itaque in libris legitur, nisi quod pro καταβροχθίζῃ in omnibus exhibetur καταβροχθίζει (excepto M, in quo super η scriptum est ει) et pro χειροῖν — contra metrum χεροῖν. Equidem Velseni lectionem non expedio: quid enim sibi vult coniunctivus καταβροχθίζῃ (quem Porsonus quoque legi iubebat)? Nam vix aliter intellegi potest, nisi ut cum χασμᾷ et μυστιλᾶται ex ὁπόταν nexus putetur in hanc sententiam: „nequissimus est, quando oscitat et caules repetundarum deglutit et bona reipublicae haurit". Sed haec pravissima sententia consuetudini quoque Atticorum repugnat: nam χασμᾷ est secunda persona praes. medii (non enim usitata est activa huius verbi forma). Quae si ita sunt, indicativum καταβροχθίζει, quem libri praebent, retineri necesse est. Structura vero huius loci subdifficilis est: nam aut anacoluthon inesse laxiusque participium cum verbo finito, mutata constructione, copulatum esse statuendum, quae est

Kockii, uti videtur, sententia; aut, quod malim, ad μιαρώτατος et δεδρακώς intellegendum ἐστί: nam si anacoluthon hic inesset, cuius prius membrum participio elatum esset, ad μιαρώτατος, credo, participium ὤν adici oporteret.

888 (tetr. iamb.) ὅπερ πίνων ἀνὴρ πέπονθ', ὅταν χεσείῃ. 1129 (lyr.) τοῦτον,—ὅταν ᾖ πλέως,—ἐπάταξα.

N. 391 (an.) ὅταν χέζω,—βροντᾷ. 620 (tr.) ὅταν θύειν δέῃ, στρεβλοῦτε. 622 (tr.) ἡμῶν ἀγόντων—ἀπαστίαν, ἡνίκ' ἂν πενθῶμεν—Μέμνονα, — σπένδεθ' ὑμεῖς. 988 (an.) ὥστε μ' ἀπάγχεσθ', ὅταν—ἀμελῇ τις Τριτογενείης, ubi τις pro τῆς ex Hermanni coniectura reposuit Meinekeus. Quod quam inutile sit, colligas ex Kaehleri aliorumque annotatione. 1008 (an.) (ἀποθρέξει) ἥρος ἐν ὥρᾳ χαίρων, ὁπόταν πλάτανος πτελέᾳ ψιθυρίζῃ.

V. 253 (tetr. iamb. sync.) οὐ — δάκνει σ', ὅταν δέῃ τίμιον πρίασθαι. 263 (tetr. iamb. sync.) φιλεῖ,—ὅταν τοῦτ' ᾖ (ll. ᾖ τουτί), ποιεῖν ὑετόν.

P. 120 (lyr.) ἄχθομαι ὑμῖν, ἡνίκ' ἂν αἰτίζητ' ἄρτον,—ἔνδον δ' ἀργυρίου μηδὲ ψακὰς ᾖ. 800 (lyr.) τοιάδε χρὴ—δαμώματα—τὸν—ποιητὴν ὑμνεῖν, ὅταν ἠρινὰ μὲν—χελιδὼν—κελαδῇ, χορὸν δὲ μὴ 'χῃ Μόρσιμος. 1159 (lyr.) ἡνίκ' ἂν δ' (ll. ἡνίκα δ' ἄν et ἡνίκ' ἄν) ἀχέτας ᾄδῃ τὸν ἡδὺν νόμον,—ᾅδομαι. 1166 (lyr.) ὁπόταν ᾖ πέπων, ἐσθίω.

Av. 518 (an.) (ταῦτ' ἔχουσιν,) ἵν', ὅταν—τις—αὐτοῖς τὰ σπλάγχνα διδῷ,—τὰ σπλάγχνα λάβωσιν. 521 (an.) ὄμνυσι—τὸν χῆν', ὅταν ἐξαπατᾷ. 710 (an.) σπείρειν (sc. φαίνομεν vel simile),—ὅταν γέρανος—μεταχωρῇ. 1095 (lyr.) φύλλων κόλποις ἐνναίω, ἡνίκ' ἂν ὁ—ἀχέτας—βοᾷ, ubi codices ἐν κόλποις ἐνναίω, de quo vide librum meum „De praepp. usu Ar." p. 30. — 1440 οὐκ ἀκήκοας, ὅταν λέγωσιν οἱ πατέρες.

L. 404 ὅταν—αὐτοὶ ξυμπονηρευώμεθα ταῖσιν γυναιξὶ καὶ διδάσκωμεν τρυφᾶν, τοιαῦτ' ἀπ' αὐτῶν βλαστάνει βουλεύματα. 560 (an.) τὸ—πρᾶγμα γέλοιον, ὅταν ἀσπίδ' ἔχων—τις—ὠνῆται κορακίνους. 1193 (lyr.) στρωμάτων—οὐ φθόνος ἔνεστί μοι πᾶσι παρέχειν,—ὁπόταν—θυγάτηρ τινὶ κανηφορῇ.

Th. 153 κελητίζεις, ὅταν Φαίδραν ποιῇς;

493 οὐδ' (sc. λέγει), ὡς, ὅταν μάλισθ' ὅλην ληκώμεθα τὴν νύχθ', ἕωθεν σκόροδα διαμασώμεθα; de lectionibus ὅλην pro ὑπό του et ληκώμεθα pro κινώμεθα dixi in libro meo p. 219. Ceterum Meinekeus

(Vind. p. 153) hic aoristum requirit: sed bene se habere praesens, cum diutina repetitaque actio designetur, supra ostendi.

948 (an.) παίσωμεν, ἅπερ νόμος — ταῖσι γυναιξίν, ὅταν ὄργια — ἀνέχωμεν.

R. 11 μὴ δῆτα (sc. εἴπῃς), — πλήν γ' ὅταν μέλλω 'ξεμεῖν. 747 τί δὲ τονθορύζων (sc. χαίρεις), ἡνίκ' ἂν—ἀπίῃς θύραζε; 753 ὅταν δρῶ τοῦτο, κἀκμιαίνομαι. 1101 (lyr.) χαλεπὸν—ἔργον διαιρεῖν, ὅταν ὁ μὲν τείνῃ βιαίως, ὁ δ' ἐπαναστρέφειν δύνηται.

Ec. 309 (lyr.) τριώβολον ζητοῦσι λαβεῖν, ὅταν πράττωσί τι κοινόν. 781 ὅταν—εὐχώμεσθα, — (τὰ ἀγάλματα) ἕστηκεν ἐκτείνοντα τὴν χεῖρ' ὑπτίαν.

Pl. 248 χαίρω—ἀναλῶν, ἡνίκ' ἂν τούτου δέῃ. 567 (an.) σκέψαι—τοὺς ῥήτορας, ὡς, ὁπόταν μὲν ὦσι πένητες,—εἰσὶ δίκαιοι, πλουτήσαντες δὲ κτλ. 783 ὡς χαλεπόν εἰσιν οἱ φίλοι οἱ φαινόμενοι παραχρῆμ', ὅταν πράττῃ τις εὖ.

Fr. 84 (an. aut hex.) ναῦς ὅταν — ῥοθιάζῃ. 488, 4 ὅταν—ἱστῇς (ll. ἱστᾷς), τοῦ ταλάντου τὸ ῥέπον (ll. ῥέον) κάτω βαδίζει.

Aoristus coniunctivi.

In *apodosi* 17 locis invenitur *praesens ind.*: A. 762. E. 865. 1137. N. 376. 404. V. 687. 715. P. 833. 1179. Av. 489. 1355. L. 1231. R. 17. 746. 877. Pl. 107. 904; idem intellegitur 1 loco: V. 404; eodem pertinet *infinitivus praes.* in oratione obliqua 1 loco: Pl. 150. *Coniunctivus praes.* in enuntiato finali apodosim facit 1 loco: V. 705; *optativus praes.* in enuntiato finali item 1 loco: R. 1042. *Perfectum ind.* denique empiricum 1 loco legitur: V. 590.

Iam apponamus locos.

A. 762 (Meg.) ὅκκ' ἐσβάλητε,—τὰς ἄγλιθας ἐξορύττετε.

E. 865 (tetr. iamb.) ὅταν — ἡ λίμνη καταστῇ, λαμβάνουσιν οὐδέν. 1137 (lyr.) ὅταν μή σοι τύχῃ ὄψον ὄν, τούτων, ὃς ἂν ᾖ παχύς, θύσας ἐπιδειπνεῖς.

N. 376 (an.) ὅταν ἐμπλησθῶσ' ὕδατος—κἀναγκασθῶσι φέρεσθαι,—ῥήγνυνται. 404 (an.) ὅταν εἰς ταύτας ἄνεμος—κατακλῃσθῇ,—αὐτὰς—φυσᾷ.

V. 404 (tr.) ἥνπερ (sc. χολὴν κινοῦμεν), ἡνίκ' ἄν τις ἡμῶν ὀργίσῃ τὴν σφηκίαν. 590 (an.) ἡ βουλή, — ὅταν κρῖναι—ἀπορήσῃ, ἐψηφίσται—τοῖσι δικασταῖς παραδοῦναι. 687 (an.) ἐπιταττόμενος φοιτᾷς,—ὅταν—μειράκιόν σοι—ἥκειν εἴπῃ.

705 (an.) ἵνα,—ὅταν οὗτός γ' ἐπισίξῃ, ἐπὶ τῶν ἐχθρῶν τιν' ἐπιρρύξας, ἀγρίως αὐτοῖς ἐπιπηδᾷς. De forma praedicati in sententia temporali codices dissentiunt: aoristum ἐπισίξῃ praebet V, praesens ἐπισίζῃ reliqui. Utrum praestet, non diiudico: utrumque enim aeque bonum est.

715 (an.) ὁπόταν—δείσωσ' αὐτοί, τὴν Εὔβοιαν διδόασιν ὑμῖν.

P. 833 λέγουσι,—ὡς ἀστέρες γιγνόμεθ', ὅταν τις ἀποθάνῃ. 1179 (tr.) ἡνίκ' ἂν δ' οἶκοι γένωνται, δρῶσιν οὐκ ἀνασχετά.

Av. 489 (an.) ὁπόταν νόμον ὄρθριον ᾄσῃ, ἀναπηδῶσιν πάντες.

1355 ἐπὴν ὁ πατὴρ ὁ πελαργὸς ἐκπετησίμους πάντας ποιήσῃ τοὺς πελαργιδῆς,—δεῖ τοὺς νεοττοὺς τὸν πατέρα—τρέφειν. De forma accusativi πελαργιδῆς. pro π—εῖς librorum a Dindorfio data, vide cum alios tum Weckleinii Cur. epigraph. p. 21. Fateor tamen, hanc correctionem scrupulum mihi inicere. Certum (?) enim illius formae exemplum unum videtur traditum esse Soph. Ai. 390 βασιλῆς (nam in Xen. Cyr. 1, 2 pro νομῆς, quod vulgo affertur, nunc legitur νομεῖς), neque Herodianus alia exempla praeter haec afferre potuit. Sed cum εις, quae est terminatio recentioris aetatis, praesertim hoc loco in „antiqua lege", in qua etiam epica forma ἐπήν repraesentatur, vix ferri possit, malim equidem (nam ex malis eligenda sunt minima) πελαργιδέας cum synizesi legere, ut Ἡρακλέα item in ultimo pede Th. 26, Πηλέα R. 863.

L. 1231 ὅταν ἔλθωμεν εἰς Λακεδαίμονα,—εὐθὺς βλέπομεν.

R. 17 ἐγὼ θεώμενος, ὅταν τι τούτων τῶν σοφισμάτων ἴδω,—πρεσβύτερος ἀπέρχομαι. 746 ἐποπτεύειν δοκῶ, ὅταν—καταράσωμαι—τῷ δεσπότῃ. 877 (lyr.) Μοῦσαι,—φρένας αἳ καθορᾶτε ἀνδρῶν,—ὅταν εἰς ἔριν—ἔλθωσι. 1042 (an.) ἵν' ἐπαίροιμ' ἄνδρα πολίτην ἀντεκτείνειν αὐτὸν τούτοις, ὁπόταν σάλπιγγος ἀκούσῃ.

Pl. 107 ἡνίκ' ἂν δέ μου τύχωσι—καὶ γένωνται πλούσιοι, ἀτεχνῶς ὑπερβάλλουσι τῇ μοχθηρίᾳ. 150 τὰς—ἑταίρας φασί,—ὅταν μὲν αὐτάς τις πένης πειρῶν τύχῃ, οὐδὲ προσέχειν τὸν νοῦν, ἐὰν δὲ πλούσιος κτλ.

904 σκήπτομαι, — ὅταν τύχῃ, quod Velsenus edidit pro τύχω ex vana Hemsterhusii coniectura. Codicum scripturam bene se habere, colligas ex iis locis, quos Blaydesius in commentario ad hunc versum congessit.

Praesens et aoristus coniunctivi.

In *apodosi* est altero loco *praesens ind.* V. 606, altero N. 618 *infinitivus praes.* pro indicativo in or. obl. positus.

N. 618 (tr.) ἀπειλεῖν φησιν αὐτῇ τοὺς θεοὺς ἑκάστοτε, ἡνίκ' ἂν ψευσθῶσι δείπνου κἀπίωσιν οἴκαδε.

V. 606 (an.) ὃ δέ γ' ἥδιστόν—ἐστιν·— ὅταν οἴκαδ' ἴω,—κᾆτά με πάντες ἀσπάζιυνται, καὶ—ἡ θυγάτηρ με ἀπονίζῃ καὶ τὼ πόδ' ἀλείφῃ καὶ—φιλῇ με καὶ—τὸ τριώβολον ἐκκαλαμᾶται, καὶ τὸ γύναιον—μᾶζαν προσενέγκῃ καὶ—προσαναγκάζῃ. In his φιλῇ με Richterus scribi iubet pro φιλήσῃ codicum, τὸ ante τριώβολον inseruit Florens Christianus. Atque hoc quidem dubitari non potest quin verum sit; Richteri autem coniectura bona est, sed non necessaria.

Perfectum coniunctivi.

In *apodosi* altero loco *praesens ind.* expressum est, altero ex iis quae praecedunt intellegitur.

L. 567 (an.) ὥσπερ κλωστῆρα (sc. διαλύομεν), ὅταν—ᾖ τεταραγμένος.

R. 812 ὅταν γ' οἱ δεσπόται ἐσπουδάκωσι, κλαύμαθ' ἡμῖν γίγνεται.

II. Enuntiata temporalia, quae a particula dum ducuntur.

Ex particulis, *dum* significantibus, Ar. sola ἕως ἄν utitur (nisi quod semel L. 173 in sermone Lacaenae ἆς κα legimus). Ut indicativo, ita coniunctivo iuncta, duplici sensu usurpatur: nam aut *quamdiu* (*ποκα*) valet, aut *quoad* (*ποκα κε*). Ipsa autem enuntiata, ut alia similia, aut ad futurum pertinent, aut sunt generalia. Ordiamur igitur ab iis, in quibus particula valet *quamdiu*.

Enuntiata, ubi ἕως ἄν valet quamdiu.

Hae enuntiationes numero sunt 6, omnes ad futurum pertinentes.

In *protasi* omnes (nec enim aliter fieri potest) *praesens* coni. habent.

In *apodosi futurum* ipsum nusquam legimus, sed 2 locis intellegitur (ita ut in apodosi sola negatio maneat): V. 486. L. 173. Porro, 2 locis apodosim facit *infinitivus*, ad futurum respiciens, altero loco ex ὥστε nexus, altero—verbo imperandi subiectus: E. 846.

L. 178. Reliquis 2 locis in apodosi est *praesens ind.* (quamquam altero loco copula apud εἰκός, ut saepe, omissa est), cuius actio simul in futurum quoque tempus valet: E. 395. Th. 583.

Iam afferamus ipsos locos.

E. 395 (tr.) οὐ δέδοιχ' ὑμᾶς, ἕως ἂν ζῇ τὸ βουλευτήριον καὶ τὸ τοῦ δήμου πρόσωπον μακκοᾷ „non timeo vos (neque timebo), quamdiu vivet". 846 (tetr. iamb.) ἐμοί—ἐστ' εἰργασμένον τοιοῦτον ἔργον, ὥστε — τοὺς — ἐχθροὺς — ἐπιστομίζειν, ἕως ἂν ᾖ τῶν ἀσπίδων — τι λοιπόν.

V. 486 (lyr.) οὐδέπω γ' (sc. ἀπαλλαχθήσομαι), οὐχ ἕως ἄν τί μου λοιπὸν ᾖ. Inanem G. Hermanni coniecturam οὐδέπω pro οὐδέποτε, quod in codicibus exstat, temere a Meinekeo receptam, recte refellit Richterus: „οὐδέπω γ' G. Herm. de ch. V. p. 16, quod minus aptum est ad v. ἕως—ᾖ. Ceterum, ut pes pedi par esset syllabis, tali quidem ratione non curavit Aristophanes".

L. 173 (Lac.) οὔχ (sc. εἰρήνην ἄξουσι), ἃς πόδας κ' ἔχωντι ταὶ τριήριες καὶ τὠργύριον τὤβυσσον ᾗ πὰρ τᾷ σιᾷ. Permulta hic coniecturis debentur, ut πόδας dedit Valckenarius pro σποδᾶς, κ' Bergkius pro γ', quod exstat in Leid.: nam Rav. nullam particulam habet; ἔχωντι Bentleius pro ἔχοντι, τριήριες Koenius pro τριήρεες, τὠργύριον et πάρ Engerus pro τἀργύριον et παρά. Ac de ceteris quidem, quoniam nihil novi proferre possum, supersedeo dicere; de ἃς κ' ἔχωντι tantummodo exponere placet. Coniunctivum quidem necessarium esse, proximum ᾗ docet, sed κά, ab ἃς seiunctum, iniquo loco positum est, de qua re vide infra p. 142. Contra γέ particula in talibus, ubi apodosis habet solam negandi particulam, omisso verbo, in secundario enuntiato fere necessaria est ex Ar. consuetudine: quod his 28 locis confirmatur: A. 60. 137. (176). 296. 619. 966. E. 961. N. 108. V. 299. 1256. P. 712. 828. Av. 440. 585. L. 208. 900. Th. 7. 8. 269. R. 78. 845. 1281. Ec. 668. 669. 856. 1078. Pl. 221. 924. Excipiuntur hi tantum loci, si bene memini: N. 267. V. 486, ubi tamen γέ additum est ipsi particulae negativae in primaria enuntiatione, P. 908, ubi apodosis postea additur, Ec. 390, cuius scriptura non satis certa est. Fortasse igitur statuendum est, Doriensibus licuisse in enuntiatis condicionalibus, temporalibus, relativis nudo coniunctivo uti. Cf. infra p. 142 ad L. 1005, ubi item pro χ' (= κά), quod volunt editores, libri exhibent γ' (= γέ). Mecum

facere video Ahrensium quoque, qui (II, 382) in A. 757 ἀλλ' αἰ παχυνθῇ sine κἀ scribendum censet.

178 ταῖς πρεσβυτάταις—προστέτακται,—ἕως ἂν ἡμεῖς—συντιθώμεθα, —καταλαβεῖν τὴν ἀκρόπολιν.

Th. 158 παῖδά—σ' εἰκὸς καλεῖν, ἕως ἂν—τὰς γνάθους ψιλὰς ἔχῃς, ubi pro coniunctivo cum ἄν sine sententiae damno, credo, indicativus poni poterat; est enim „dum (habes et) habebis".

Enuntiata, in quibus ἕως ἄν valet quoad.

Horum duplex ratio est: alia (10 numero) ad futurum pertinent, alia (2 numero) sunt generalia.

I. ENUNTIATA FUTURA.

In futuris huius generis enuntiatis plerumque, ut par est, *aoristus* coni. ponitur: 7 locis; *praesens* 2 locis invenitur; *praesens et aoristus* in eadem sententia legitur 1 loco. Praesens propterea rarius ponitur, quod, cum aliquid ante aliam actionem fieri significandum sit, nihil opus est ostendere, eam actionem esse diutinam, satisque est aut initium aut finem eius significare: praesenti enim nihil aliud hic significatur, quam initium actionis, quod aoristo quoque potest designari.

Praesens coniunctivi.

In *apodosi* altero loco V. 1441 est *imperativus*, altero R. 322 *infinitivus*, ex locutione βέλτιστόν ἐστι nexus, qui ad futurum tempus pertinet.

V. 1441 ὕβριζ', ἕως ἂν τὴν δίκην ἄρχων (ll. ἀρχων) καλῇ „пока не станетъ звать", quod idem fere est atque „не позоветъ".

R. 322 ἡσυχίαν — ἄγειν βέλτιστόν ἐσθ', ἕως ἂν εἰδῶμεν σαφῶς. Ita edidit Velsenus, Venetum secutus, ceteris pro ἕως praebentibus ὡς (ἐστιν ὡς RUA, ἐσθ' ὡς M). Per se spectata utraque lectio aeque bona est *; utra igitur ab Aristophane profecta sit, ex codicum

* In sententiis finalibus ὡς ἄν cum coni. in editionibus meis 13-ies legi: A. 44. V. 114. 425. P. 1156. Av. 1454. 1509. 1549. L. 687. Th. 601. R. 1340. Ec. 57. 297. Pl. 112. Cf. Weberum p. 115, qui in Bergkii editione ὡς ἄν 15-ies invenit, h. e. praeter eos 13 locos, quos attuli, etiam in Av. 1338 cum optativo et in R. 322, de quo agitur. Ceterum errat Weberus, cum dicit, ὡς ἄν in Ach. 2 locis legi, in Vesp. 1 loco: vice versa dicere debebat.

auctoritate iudicandum est. Schnaeus (De Ar. manuscriptis etc. p. 5 et 8) demonstravit, in priore Ranarum parte (usque ad v. 1008) Ravennatem et Venetum ex eodem fonte ortos esse; quapropter, si Parisinus A cum R consentiat, discrepantem Veneti scripturam satis suspectam esse habendam. Cf. etiam Bambergium 1885 p. 4. Ac ne quis in scriptura codicis M ἐσθ' ὡς haereat neve ex ἐσθ' ἕως corruptam esse putet, moneo (v. Schnaeum p. 7 et Bamberg. l. c.), Ambrosianum M cum Parisino A artiore cognatione coniunctum esse, ut statuendum sit, Parisini archetypum idem esse atque Ambrosiani: ἐσθ' ὡς igitur, quod in M cum errore metrico legitur, non pro ἐσθ' ἕως, sed pro ἐστιν ὡς, quod A habet, positum est. Quae cum ita sint, ne dubitemus Aristophani ἐστιν ὡς restituere: nam solius V auctoritas nihil hic valere potest. Causa turbarum, si quid video, ea est, quod in archetypo olim scriptum fuit ἐστι ὡς: hiatum alii alio modo vitare conati sunt.

Aoristus coniunctivi.

In *apodosi* 3 locis *futurum ind.* legimus: L. 1183. Th. 854. R. 267; 2 locis *imperativum*: N. 1489. L. 743; 2 locis denique *infinitivum*, qui cum ex δεῖ et κράτιστόν ἐστι nexus sit, futurum tempus designat: A. 235. Fr. 567.

A. 235 (tr.) δεῖ—τὸν ἄνδρα — διώκειν,—ἕως ἂν εὑρεθῇ ποτε.

N. 1489 τὸ τέγος κατάσκαπτε,—ἕως ἂν αὐτοῖς ἐμβάλῃς τὴν οἰκίαν.

L. 743 ἐπίσχες τοῦ τόκου, ἕως ἂν εἰς ὅσιον μόλω 'γὼ χωρίον.

1183 ὅπως ἀγνεύσετε, ἕως ἂν αἱ γυναῖκες ὑμᾶς ἐν πόλει ξενίσωμεν. Hic ἕως ex Hamakeri coniectura Meinekeus in contextum recepit, libris ὅπως praebentibus. Quae sit causa mutationis, nescio; sed si ὅπως repetitum moleste tulit, vide cum alia, tum V. 354—5, ubi ὅτε eodem modo iteratum est, et Th. 78—80, ubi ἐπεί bis legitur. (L. 1222. 3. 4 ἄπιτε—ἄπιθ'—ἀπίωσιν). Alioqui tradita lectio nihil prorsus habet, in quo quis offendat: „curate, inquit, ut puri sitis, ut in *arce* (in hoc enim pondus orationis incumbit) vos convivio excipere nobis liceat".

Th. 854 εἰ μὴ κοσμίως ἕξεις, ἕως ἂν τῶν πρυτάνεών τις φανῇ.

R. 267 (lyr.) κεκράξομαι,—ἕως ἂν ὑμῶν ἐπικρατήσω τῷ κόακ.

Fr. 567,3 κράτιστόν ἐστιν — ἐκεῖ,—ἕως ἂν πρᾶσιν εὕρωμεν, μένειν.

Praesens et aoristus coniunctivi.

In *apodosi* est *futurum ind.*

Ec. 682 (an.) κληρώσω πάντας, ἕως ἂν -- ὁ λαχὼν ἀπὴ χαίρων— καὶ κηρύξῃ. Ceterum hic locus fere ad eos, qui aor. coni. habent, referri potest: nam formae verbi ἀπιέναι et diutinam et non-diutinam speciem significant.

2. ENUNTIATA GENERALIA.

In *protasi* huius generis utroque loco est *aoristus coni.*, in *apodosi — praesens ind.*

N. 1460 ποιοῦμεν ταῦθ' ἑκάστοθ',—ἕως ἂν αὐτὸν ἐμβάλωμεν εἰς κακόν.

V, 565 (an.) προστιθέασιν κακὰ πρὸς τοῖς οὖσιν, ἕως ἀνιῶν ἂν ἰσώσῃ τοῖσιν ἐμοῖσιν. Participium ἀνιῶν datum est ex Hermanni coniectura: libri omnes praeter V, qui habet ἀνιῶν, verbum omittunt. Suspectam reddit et Veneti solius lectionem et Hermanni coniecturam inusitata collocatio ἄν particulae, ab ἕως et participio et caesura seiunctae, de qua re vide infra p. 142 ad R. 1281.

III. Enuntiata temporalia, quae a particula πρίν ducuntur.

Huius generis enuntiata illud proprium habent, quod coniunctivus particulae πρίν non adiungitur, nisi primaria sententia negativa est. Memorabilior est locus Ec. 770, ubi negatio non proprio vocabulo expressa est, sed in verbo praedicati φυλάττεσθαι latet.

Deinde hoc notatu dignum est, quod in primario enuntiato nusquam legitur πρότερον vel similis vox, quae particulae πρίν respondeat.

Particulae πρίν cum coniunctivo coniunctae, ut in aliis enuntiatis eiusdem generis condicionalibus, temporalibus, relativis, additur particula ἄν (vel κά in Laconis oratione L. 1005 et κέν in duobus locis ad Homeri exemplar compositis P. 1076 et 1112, si modo ὑμεναιοῖ coniunctivus est). Cui legi quattuor loci repugnare videntur: R. 1281. Ec. 629. 752. 857, in quibus libri ἄν omittunt.*

* Quod autem in Ec. 857 codex Parisinus B solus illud ἄν (parum apto tamen loco) habet, pro nihilo id habendum est: hunc enim codicem ex Florentino Γ manasse, veri simillimum esse demonstravit Kuehneus p. 8, ut nihil valeat ad constituendum textum, saepissimeque interpolatoris manum expertum esse.

Quorum in ultimo particula etiam metro requiritur ideoque restituenda est. Sed reliquis tribus πρίν non esse necessarium infra ostendere conabor: nam R. 1281 et Ec. 752 tragicum colorem habere videntur, Ec. 629 autem in anapaestis legitur. In elatiore vero sermone πρίν cum coni. facile ἄν particula carere potest (Goodwin. 648, cf. Cratini fr. 29 K. (lyr.) πρὶν παροῦσα διδάσκῃ).

Quibus disputatis ad ipsa enuntiata venio.

Haec enuntiata omnia ad futurum pertinent (25 locis), uno excepto, quod est generale.

1) ENUNTIATA FUTURA.

Haec in *protasi* fere *aoristum coniunctivi* habent: 21 locis, *praesens* 3 tantum locis, quorum in unum coniectura illatum est; *praesens et aoristus* una in eadem sententia 1 loco legitur.

Praesens coniunctivi.

In *apodosi* 1 loco A. 176 sola negandi particula μήπω adest, ita ut aliquid imperativo sensu intellegatur; reliquis duobus P. 1076 et 1112 *infinitivus*, ex verbis φίλον et οἷόν τε nexus, ad futurum spectans.

A. 176 μήπω γε (sc. εἴπῃς· χαῖρε vel κέλευέ με χαίρειν vel simile), πρὶν ἂν ἑστῶ τρέχων. Ita scripsit Meinekeus pro μήπω γε, πρὶν ἂν στῶ, quod vulgo ante Brunckium aperto mendo metrico legebatur. Nec tamen Meinekei emendatio bene inventa esse videtur, multoque praestat Elmslei μήπω, πρὶν ἄν γε στῷ: nam praesentis coni. post πρίν usus apud Ar. rarissimus est.

P. 1076 (hex.) οὐ — τοῦτ' ἐστὶ φίλον — θεοῖσιν φυλόπιδος λῆξαι, πρίν κεν λύκος οἷν ὑμεναιοῖ. 1112 (hex.) οὐ γὰρ οἷόν τε ἡμῖν προσδιδόναι, πρίν κεν λύκος οἷν ὑμεναιοῖ. De his duobus locis haec dicit Prauseus p. 35, cuius verba liceat mihi afferre: „quum alii viri docti, inquit, tum Hermannus (ad Viger. 443) ὑμεναιοῖ esse coniunctivum statuerunt. Equidem vero, ea quam supra attuli causa [quod praes. coni. post πρίν apud poetas scenicos non inveniatur], aliter ut de iis sentirem adductus sum, illamque difficultatem posse optime tolli existimo, si posita post λῆξαι in v. 1076 et post προσδιδόναι in v. 1112 graviore interpunctione, πρίν his locis non con-

iunctionis sed adverbii munere fungi, ὑμεναιοῖ vero esse optativum statuimus. Quae mea coniectura multis exemplis Homericis eandem structuram exhibentibus, quae Aristophanem illis qui in medio sunt hexametris heroicis esse imitatum perspicuum est, munitur. Cf. γ 113. A 97 [?]. Σ 282. Ω 727". Haec ille. Mihi vero aliter res se habere videtur. Ac primum quidem praesentis coni. usus post πρίν ab Ar. non est prorsus abiudicandus: v. infra ad P. 85. Neque quod Homerus post πρίν aut infinitivum aut coniunctivum sine κέν (eumque aoristi, nisi quid me fallit) ponere solet (Goodwin. 622 et 639), quidquam obstare potest: nam Ar., ut supra ostendi p. 28 et 70, aut minus quam nos consuetudinis Homeri gnarus fuit aut istas minutias non curavit (atque etiam ipsum v. ὑμεναιοῦν neque hoc sensu = εἰς γάμους ἄγεσθαι neque alio apud Homerum exstat). Nihil igitur est, quare vulgatam interpretationem suspectam habeamus, quamquam nova illa explicatio item nihil habet, quod vituperari possit, si modo, ut vulgo, πρίν κ ε ν legimus: nam in v. 1076, ceteris codicibus κέν praebentibus, R solus καί habet, in v. 1112 autem καί exaratum est non modo in R, sed etiam in V et B (quamquam in lemmate scholii etiam in V legitur κέν): dubium igitur est, utrum καί an κέν utroque loco legendum sit; atque καί quidem plus a libris praesidii habere mihi videtur. Quod si καί legimus, ὑμεναιοῖ pro coniunctivo accipi necesse est. Cf. Holzingerum in Bursiani „Jahresbericht" v. 21, p. 123.

Aoristus coniunctivi.

In *apodosi* legitur *futurum ind.* 6 locis: A. 230. Av. 1409. Ec. 629. 752. 770. Pl. 24. Idem intellegitur, ita ut sola negandi particula οὐ maneat, 3 locis: R. 78. 845. Ec. 857. Futurum ind. cum οὐχὶ μή, ubi *coniunctivum aor.* scribendum supra demonstravi p. 43, habet Meinekeus 1 loco: L. 704. *Imperativus* praes. et *coniunctivus aoristi* eodem sensu (qui dicitur prohibitivus) 2 locis invenitur: V. 920. R. 1380. Idem intellegitur, ita ut sola negandi particula μή maneat, 5 locis: A. 296. E. 961. N. 267. Av. 585. R. 1281. *Optativus cum* ἄν legitur 1 loco: V. 725. *Infinitivus*, ex praesenti ind. verborum δεῖν, δοκεῖν, ἐᾶν nexus, 3 locis: L. 1005. Ec. 1016. Pl. 477.

. . . . Iam sequuntur loci.

A. 230 (cretic.) οὐκ ἀνήσω, πρίν ἂν σχοῖνος αὐτοῖσιν ἀντεμπάτω. 296 (tr.) μηδαμῶς (sc. καταχώσητέ με τοῖς λίθοις), πρὶν ἄν γ' (ll. πρὶν ἄν et πρίν γ' ἄν) ἀκούσητε.

E. 961 μή (sc. δράσῃς τοῦτο),—πρὶν ἄν γε τῶν χρησμῶν ἀκούσῃς.

N. 267 (an.) μήπω γε (sc. φανῆτε), πρὶν ἂν τουτὶ πτύξωμαι.

V. 725 (an.) πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς, οὐκ ἂν δικάσαις. 920 μὴ προκαταγίγνωσκε,—πρὶν ἄν γ' ἀκούσῃς ἀμφοτέρων.

Av. 585 (an.) μή (sc. δρώντων ταῦτα), πρίν γ' ἂν ἐγὼ τὼ βοιδαρίω—ἀποδῶμαι. 1409 οὐ παύσομαι,—πρὶν ἂν—διαδράμω τὸν ἀέρα.

L. 704 (tr.) οὐχὶ μὴ παύσεσθε (ll. παύσησθε: v. p. 43) τῶν ψηφισμάτων,—πρὶν ἄν—τις ὑμᾶς ἐκτραχηλίσῃ.

1005 (Lac.) ταὶ — γυναῖκες οὐδὲ τῶ μύρτω σιγῆν ἐὼντι, πρίν χ' ἅπαντες—σπογδὰς ποιησώμεσθα, ubi libri πρὶν ἅπ. R, πρίν γ' ἅπ. L. Lenissima Elmslei coniectura (χ' pro γ'), a Meinekeo recepta, et dialecto Doricae et grammaticae legi satisfacit. Nec minus tamen bona est Dobraei πρίν κα πάντες. Cf. tamen quae supra dixi p. 136 ad L. 173.

R. 78 οὔ (sc. ἀνάξω Σοφοκλέα), πρίν γ' ἂν 'Ιοφῶντα—κωδωνίσω. 845 οὐ δῆτα (sc. παύσομαι), πρίν γ' ἂν—ἀποφήνω.

1281 Δι ο.· εἰς τὸ βαλανεῖον βούλομαι. Ε ὐ ρ.· μή, πρίν γ' ἀκούσῃς χἀτέραν ἂν σύστασιν. Ita scripsit Velsenus pro πρὶν γ' ἀκ. χάτ. στάσιν μελῶν, quae est codicum scriptura. Quae cum lego, satis mirari non possum, qui factum sit, ut vir doctus tam barbaram coniecturam proferret. Constat enim, apud Ar. (aliosque, credo) πρίν, ἕως, ἡνίκα, ὅπως, ὡς coniunctiones et pronomina relativa, sequente coniunctivo, ἄν particulam attrahere solere nec quidquam inter ea intercedere posse nisi μέν, δέ, γέ, γάρ, οὖν (cf. Bachmann. Philologus V Suppl. p. 255). Cui legi repugnat apud Aristophanem unus certus locus: R. 259 (lyr.) ὁπόσον ἡ φάρυγξ ἄν, duoque incerti: V. 565 (an.) ἕως ἀνιὼν ἄν, de quo v. p. 139 et L. 173 ἅς πόδας κ' ἔχωντι, v. p. 136. Sed etiam in istis particula ἄν verbum praedicati antecedit, hoc autem loco apud Velsenum sequitur. Itaque Velseni lectio repudianda est. Cum autem ἄν (si cui necessarium videtur) nullo alio loco nisi post πρίν ante ἀκούσῃς inseri possit, scribendum est cum Elmsleio et Reisigio μή, πρίν γ' ἂν ἀκούσῃς χἀτέραν στάσιν μελῶν. In qua coniectura aliquantum offendit anapaestus, particula ἄν incipiens, qualis semel tantum legitur apud Ar. in Ec. 219, qui locus facil-

lime corrigi potest (v. Bernhardi. p. 266). Hunc ut evitaret Bernhardius aliam protulit coniecturam μὴ πρὶν ἂν ἀκούσῃς, omisso γ'. Sed haec correctio, ad metrum optima, ab Aristophanis consuetudine aliena videtur, qui solet, si in apodosi, verbo praedicati omisso, sola negandi particula manet, aut huic particulae, ut N. 267, aut, quod multo saepius fit, πρίν coniunctioni γέ addere, ut A. 296. E. 961. Av. 585. R. 78. 845. Ec. 857 (cf. quae supra dixi p. 136 ad L. 173). Exstat denique alia Elmslei coniectura μὴ μή, πρὶν ἄν γ' ἀκούσῃς, ita ut μὴ μή extra versum positum sit, quae sane accipi potest. Ego vero Fritzscheo assentior, arbitranti, hic particula ἄν omnino opus non esse, cum Euripides tragicus loquatur: quod, fateor, mihi omnibus coniecturis veri similius videtur.

1380 μὴ μεθῆσθον, πρὶν ἂν ἐγὼ σφῷν κοκκύσω.

Ec. 629 (an.) οὐκ ἐξέσται παρὰ τοῖσι καλοῖς καταδαρθεῖν ταῖσι γυναιξί, πρὶν ἂν τοῖς αἰσχροῖς—χαρίσωνται. Libri γυναιξὶν, πρὶν τοῖς. Correxit Elmsleius, nec male ille quidem; Reisigii autem πρὶν — χαρίσασθαι post negativam apodosim ferri non facile potest. Sed ne lenissima quidem illa Elmslei correctione opus esse existimo: nam versus est anapaestus, quorum licentia haec constructio facile excusatur: vide quae supra diximus p. 19 de E. 805.

752 οὐ—τὸν ἐμὸν ἱδρῶτα—ἐκβαλῶ, πρὶν ἂν ἐκπύθωμαι. Particulam ἄν, in codicibus omissam, inseruit Porsonus. Quae coniectura, quamvis lenis sit, non necessaria est, ut vidit Reisigius Coni. p. 65: hunc „versum, inquit, quis non, cum primum legerit, a tragico vel sumptum esse, vel imitari eius orationem intelligit?“ Atque hoc confirmari videtur verbo ἐκπύθωμαι, quod sensu „cognoscere“ quidem nisi apud Homerum tragicosque non legitur (v. Stephani Thes. v. 3, p. 559).

770 φυλάξομαι, πρὶν ἄν γ' ἴδω. 857 οὐ δῆτα (sc. βαδιεῖ ἐπὶ τὸ δεῖπνον),—πρὶν ἄν γ' ἀπενέγκῃς. Libri praeter B ἄν omittunt; dedit Porsonus. 1016 ἔδοξε ταῖς γυναιξίν, ἢν ἀνὴρ νέος νέας ἐπιθυμῇ, μὴ σποδεῖν αὐτήν, πρὶν ἂν τὴν γραῦν προκρούσῃ.

Pl. 24 οὐ—παύσομαι, πρὶν ἂν φράσῃς μοι. 477 οὐ δεῖ σχετλιάζειν καὶ βοᾶν, πρὶν ἂν μάθῃς.

Praesens et aoristus coniunctivi.

In *apodosi* est *imperativus*.

P. 85 (lyr.) μὴ—σοβαρῶς χώρει,—πρὶν ἂν ἰδίης καὶ διαλύσῃς ἄρθρων ἵνας, ubi Porsonus, Dobraeo et Blaydesio probatus, ἰδίσῃς aoristum voluit. Non recte, meo quidem iudicio: nam quod alibi et comici et tragici aoristum coni. post πρίν ponunt, non obstat, quominus hoc uno loco praesens ponatur: similiter ἕως ἄν sensu „quoad" semel cum praes. coni. coniunctum est V. 1441; praeterea cf. Cratini fragm. 29 K. πρὶν παροῦσα διδάσκῃ. Nec magis moveor Blaydesii ratione, cui scholiastes quoque aoristum legisse videtur, qui illud per ἰδρώσῃς explicet: at idem scholiastes μὴ πνεῖ in v. 87 esse μὴ βδέσῃς interpretatur. Denique multo facilius librarios ἰδίῃς in ἰδίσῃς propter sequentem aoristum mutaturos fuisse puto, quam contra *.

2) ENUNTIATUM GENERALE,

unum huius generis, in *protasi* habet *aoristum coni.*, *in apodosi*— *praesens ind.*

V. 579 (an.) οὐκ ἀποφεύγει, πρὶν ἂν—εἴπῃ.

B. Enuntiationes temporales, optativo prolatae.

In sententiis temporalibus optativi usus, ut in condicionibus, duplex est: primum enim optativus ponitur, si actio enuntiati secundarii ad futurum pertinet: deinde optativus ponitur, qui est in temporalibus sententiis longe frequentissimus eius usus, si in enuntiato secundario actio praeterita saepius repetita significatur.

Ipsa enuntiata, quoniam πρίν cum optativo nusquam legitur, in duas partes divido, quarum ad alteram refero ea, quae a particula *cum*, ad alteram ea, quae a particula *dum* ducuntur.

I. Enuntiata, quae a particula cum ducuntur.

Ex *particulis*, *cum* significantibus, in hoc genere sententiarum tres usurpantur: ὁπότε 11 locis: E. 1340. 1344. N. 770. V. 279. Av. 505. 512. Ec. 62. 69. Pl. 1019. 1139. 1145, ἐπειδή 2 locis: A. 637. R. 923, ὅτε 1 loco: Ec. 270.

---

* Hunc locum et Prauseus praetervidit et qui eius materie utitur Sturmius.

1) ENUNTIATA FUTURA

2 locis inveniuntur: N. 770. Ec. 69, quorum in illo *protasis* optativum habet propter attractionem modi quae vocatur, quia *apodosis* eius ipsa est in condicione, optativo elata; altero loco optativus in *protasi* propterea positus est, quod *apodosis*, infinitivo, ex praeterito suspenso, elata, obliqua oratione continetur. Utroque loco *optativus* in protasi est *praesentis*, actionem contemporaneam primariae significans.

N. 770 τί δῆτ' ἄν, εἰ—ὁπότε γράφοιτο τὴν δίκην ὁ γραμματεύς,—τὰ γράμματ' ἐκτήξαιμι;

Ec. 69 ἔχετε—τοὺς πώγωνας, οὓς εἴρητ' ἔχειν πάσαισιν ἡμῖν, ὁπότε συλλεγοίμεθα;

2) ENUNTIATA GENERALIA.

In *protasi* 4 locis *praesens optativi* legitur, actionem contemporaneam primariae significans, 7 locis—*aoristus optativi*, quo actio alteram antecedens indicatur, 1 denique loco *praesens cum aoristo* in eadem sententia legitur.

Praesens optativi.

Apodosis omnibus locis *imperfecto* elata est.

V. 279 c (lyr.) ὁπότ' ἀντιβολοίη τις,—ἔλεγεν.

Ec. 62 ὁπόθ' ἀνὴρ — οἴχοιτό μου, — ἐχραινόμην, ubi verba ὁπόθ' ἀνήρ pro ὁπότ' ἀνήρ recte a Dawesio restituta sunt, μου autem pro μοι frustra a Velseno repositum est.

270 ὑποδεῖσθε—τὰς Λακωνικάς, ὥσπερ τὸν ἄνδρ' ἐθεᾶσθ', ὅτ' εἰς ἐκκλησίαν μέλλοι βαδίζειν ἢ θύραζ' ἑκάστοτε, ubi Blaydesius pro ὅτ' malle se ait ὁπότ'. Non credo: nam, si quid raro dicitur, non sequitur ut omnino dici non possit.

Pl. 1019 Γρ.· τὰς — χεῖρας παγκάλας ἔχειν μ' ἔφη. Χρ.ε.· ὁπότε προτείνοιέν γε δραχμὰς εἴκοσιν.

Aoristus optativi.

In *apodosi* est omnibus locis imperfectum, cui 2 locis (Av. 505. Pl. 1139) addita est ἄν particula.

A. 637 (an.) ἐπειδὴ τοῦτό τις εἴποι, εὐθὺς — ἐκάθησθε.

E. 1340—4 ὁπότ' εἴποι τις ἐν τηκκλησίᾳ κτλ.· τούτοις ὁπότε χρήσαιτό τις προοιμίοις, ἀνωρτάλιζες.

Av. 505 (an.) ὁπόθ' ὁ κόκκυξ εἴποι κόκκυ, τότ' ἂν οἱ Φοίνικες— τοὺς πυροὺς ἂν — ἐθέριζον, ubi ἄν post τότ', in melioribus libris RVA omissum, versus explendi causa recte inseruit Porsonus: nam quod in duobus interpolatis BΔ τότ' αὖ legitur nulla fide dignum est. Cf. Schnaeum De Ar. man., p. 5.

512 (an.) καί — μ' ἐλάμβανε θαῦμα, ὁπότ' ἐξέλθοι Πρίαμος.

Pl. 1139 καὶ μὴν ὁπότε τι σκευάριον τοῦ δεσπότου ὑφέλοι', ἐγώ σ' ἂν λανθάνειν ἐποίουν ἀεί, ubi V praebet ὁπότε τί, RAU contra metrum ὅτε γε. De quo loco recte Bambergius 1885, p. 16: „Illud [h. e. ὁπότε τι] Bergkio, Dindorfio, Velseno placuit, hoc Meinekius ita accepit ut καὶ μὴν ὁπότε γε σκευάριον τοῦ δεσπότου scriberet. Ac γε eo commendatur, quod Aristophanes καὶ μὴν particulis sociatis praesertim si adversativam vim habent uno vel pluribus vocabulis intermissis γε adiungere solet, cf. N. 4. 1185. 1414 aliaque ex exemplis a Wehrio p. 11 congestis". Praeterea in proximo versu Dawesius recte ὑφέλοι' scripsit pro ὑφέλοις, ὑφέλοι, ὑφέλου codicum.

1145 οὐ — μετεῖχες τὰς ἴσας πληγὰς ἐμοί, ὁπότε τι ληφθείην πανουργήσας ἐγώ.

Praesens et aoristus optativi.

In *apodosi* est *indicativus aoristi*, ad repetitionem designandam particula ἄν auctus.

R. 923 (tetr. iamb.) ἐπειδὴ ταῦτα ληρήσειε καὶ τὸ δρᾶμα ἤδη μεσοίη, ῥήματ' ἂν βόεια δώδεκ' εἶπεν.

II. Enuntiata, quae a particula dum ducuntur.

In tribus enuntiatis, quae huc pertinent, particula ἕως valet *quoad*, *optativus* est *aoristi*; haec omnia ad *futurum* spectant, generale est nullum. Quorum in uno P. 32 optativus propter attractionem modi positus est, primaria sententia ipsa optativo elata (a). In reliquis duobus locis E. 134. R. 766 optativus vice fungitur coniunctivi cum ἄν: in apodosi enim est infinitivus praesenti ind. annexus. De hoc usu vide Krueg. 54, 17, 5. Goodwin. 555 (b).

a) P. 32 μὴ παύσαιο — ἐσθίων τέως, ἕως σαυτὸν λάθοις διαρραγείς. Optativum λάθοις dedit Reisigius, libris vitiose praebentibus

λάθῃς, unde Dawesius, omisso τέως, quod nusquam alias apud poetas Atticos in eadem sententia cum ἕως coniungi contendit, scribendum coniecit ἕως σεαυτὸν ἂν λάθῃς. Quae coniectura, etsi Blaydesio quoque non contemnenda videtur, et a libris longius recedit, et grammatica ratione minus commendatur: nam post optativum proprium in regenti enuntiato usitatior est in pendenti apud Ar. quidem optativus quam coniunctivus cum ἄν, de qua re supra dixi p. 17. Denique offendit ἄν particula non suo loco posita.

b) E. 134 (τόνδε χρὴ) κρατεῖν, ἕως ἕτερος ἀνὴρ βδελυρώτερος αὐτοῦ γένοιτο. Posterioribus non iam intellectam fuisse hanc constructionem, illud optime docet, quod hoc loco in codicibus ΑΔ ἄν particula ad ἕως contra metrum adiecta est, in P autem insuper optativus γένοιτο in coniunctivum γένηται mutatus est. Similem interpolationem passus est locus

R. 766 νόμος — ἐστὶ κείμενος — τὸν ἄριστον ὄντα τῶν ἑαυτοῦ συντέχνων σίτησιν αὐτὸν ἐν πρυτανείῳ λαμβάνειν,—ἕως ἀφίκοιτο τὴν τέχνην σοφώτερος ἕτερός τις αὐτοῦ, ubi V particulam ἄν addit.

C. Sententiae temporales, indicativo (et infinitivo) prolatae.

Enuntiatorum temporalium, ut supra dixi, ratio triplex est: actio sententiae secundariae aut eiusdem temporis est ac primariae, aut eam antecedit, aut sequitur. Haec omnia et tempore praedicati et particula temporali significantur. Ex particulis igitur et locutionibus temporalibus aliae tum usurpantur, cum actio secundaria primariam antecedit: ὡς, ἐπεί, ὅπως, aliae — cum actio secundaria primariam sequitur: πρίν, aliae—cum actio secundaria et primaria eiusdem est temporis: ἐν ὅσῳ; aliae duplici munere funguntur, ut ὅτε, ἡνίκα, ἐπειδή, (ὁπότε?), ἐξ οὗ et contemporaneam et praecedentem actionem possunt significare, ἕως—et contemporaneam et sequentem.

Enuntiata temporalia quo facilius considerari possint, hic, ut supra, in tria genera divido, quorum ad unum ea refero, quae ducuntur a particulis *cum* significantibus: ὅτε, ἡνίκα, ἐπειδή, ἐπεί, ὁπότε, ὡς, ὅπως, ἐξ οὗ; ad alterum — ea, in quibus particula *dum* valet: ἕως, ἐν ὅσῳ; ad tertium denique — ea, quae particula *priusquam* πρίν incipiunt.

I. Sententiae, quae particulis cum significantibus incipiunt.

Quae tempora huius generis enuntiata et in protasi et in apodosi quotiesque habeant, ex his tabulis cognoscas:

1) Cum protasis imperfectum habet et particulam

Ὅτε.

Apodosis habet: 1) *imperfectum* 11 locis: A. 535. 697. 754. **N. 49.** 1152. 1401. 1477. V. 1286. P. 652. Ec. 183. 193; intellegitur 1 loco: Ec. 609.

2) *aoristum ind.* 8 locis: V. 122. P. 1273. 1363. L. 523. **665.** Th. 14. R. 1090. Ec. 390; intellegitur 2 locis: A. 140. 211(?).

3) *praesens ind.* 3 locis: E. 599. Th. 478. Ec. 315, quorum in prioribus praesens, quod est in apodosi, proprie non pertinet ad protasim; in tertio praesens est historicum.

4) *imperfectum cum* ἄν, repetitionem significans, 1 loco: Ec. **304**, eodemque sensu

5) *aoristus ind. cum* ἄν 1 loco: Pl. 1179.

Ἡνίκα.

Apodosis 1) *imperfectum* habet 7 locis: N. 582. Th. 174. R. 1037. 1072. Ec. 301. 490. Fr. 333; intellegitur 1 loco: P. 314.

2) *aoristum ind.* 4 locis: E. 774. V. 1382. P. 66. 806.

3) *praesens ind.* 1 loco: L. 591, ubi in protasi est χρῆν, quod ipsum rem praesentem significat.

4) *aoristum ind. cum* ἄν (irrealem) 1 loco: A. 708.

5) *substantivum* sine verbo 1 loco: V. 236.

Ἐπειδή.

Apodosis 1) *imperfectum* habet 1 loco: Pl. 695.

2) *aoristum ind.* 2 locis: N. 1354. R. 561.

3) *praesens ind.* (historicum) 1 loco: V. 1322.

Ὡς.

Apodosis imperfectum habet 1 loco: Pl. 688.

2) Protasis habet aoristum indicativi.

Ὅτε.

Apodosis 1) *aoristum ind.* habet 7 locis: A. 16. E. 658. N. 23. V. 1124. P. 701. Av. 71. R. 789. Eodem pertinet *aoristus inf.* in obl. or. 1 loco: V. 1029, et *participium aor.* 1 loco: Fr. 678.

2) *imperfectum* 4 locis: E. 632. V. 355. R. 771. Ec. 195.

3) *substantivum* vel *adiectivum* aut sine verbo aut ita, ut verbum ad protasim non pertineat, 3 locis: V. 1201. 1206. Fr. 324.

4) apodosis *abest* 1 loco: Fr. 228.

Ἡνίκα.

Apodosis 1) *aoristum ind.* habet 1 (2) locis: A. 13. (R. 1028 sec. codd.). Eodem pertinet *participium aor.* 1 loco: V. 1077.

2) *imperfectum* 1 loco: R. 111.

Ἐπειδή.

Apodosis 1) *imperfectum* habet 1 loco: P. 619.

2) *praesens ind.* 1 loco: L. 1034.

3) *perfectum ind.* intellegi videtur 1 loco: E. 671.

Ὡς.

Apodosis 1) imperfectum habet 7 locis: V. 1304. P. 612. 632. 836. R. 504. Pl. 653. 668.

2) *praesens ind.* proprium 4 locis: N. 551. V. 1476. L. 1107. Th. 1053, praes. hist. 1 loco: Th. 507.

3) *aoristum ind.* 2 locis: V. 1308. R. 939.

Ἐπεί.

Apodosis 1) *imperfectum* habet 2 locis: P. 1092. 1283.

2) *aoristum ind.* 1 loco: Pl. 660.

3) apodosis *abest* 1 loco: Fr. 403.

Ἐξ οὗ, ἐξ οὗπερ, ἐξ ὅτου, ἐξ ὅτουπερ, ἐξότε, ἀφ' οὗ.

Apodosis 1) *aoristum ind.* habet 4 locis: E. 644. Av. 334. L. 108. Pl. 85. Eodem pertinet *participium aor.* 1 loco: Av. 322.

2) *praesens ind.* 5 locis: E. 4. N. 528. L. 759. 866. Pl. 1113.

3) *perfectum ind.* 3 locis: Av. 1515. Pl. 968. 1173.

4) apodosis *abest* 1 loco: Fr. 31.

Ὅπως.

Apodosis habet *imperfectum* 1 loco: N. 60.

3) Protasis habet praesens indicativi.

Ὅτε.

In *apodosi* intellegitur *praesens ind.* 1 loco: Av. 715 (huc referendus est locus, ex Meinekei coniectura scriptus, Av. 76, de quo vide p. 130).

Ἡνίκα.

Apodosis 1) *praesens ind.* habet 2 locis: Av. 714. Fr. 347.
2) *aoristum ind.* 1 loco: R. 217.

Ἐπειδή.

Apodosis habet *praesens ind.* 1 loco: A. 218.

Ὡς.

Apodosis habet *perfectum ind.*, repetitionem significans, 1 loco: E. 62.

Ἐξ οὗ, ἐξ ὅτου, ἐξ ὅτουπερ.

In *apodosi* 1) *praesens ind.* intellegitur 2 locis: A. 596. 597.
2) *aoristus ind.* cum negatione adest 2 locis: A. 17. 628.

Ὁπότε.

In *apodosi* 1) *praesens ind.* intellegendum est 1 loco: A. 19.
2) *imperativus praes.* adest 1 loco: Fr. 188.

4) Protasis habet perfectum indicativi.

Ὡς.

Apodosis habet *praesens ind.* 1 loco: V. 673.

Ἐξ οὗ.

Apodosis habet *praesens ind.* 1 loco: V. 887.

5) Protasis habet plusquamperfectum.

Ἡνίκα.

Apodosis habet *aoristum ind.* 1 loco: N. 607.

6) Protasis habet imperfectum et aoristum ind.

Ὅτε.

Apodosis 1) *aoristum ind.* habet 1 loco: A. 10.
2) *imperfectum* 1 loco: Ec. 827.

Ἡ ν ί κ α.

Apodosis habet *aoristum ind.* 1 loco: V. 1285.

7) Protasis habet imperfectum et plusquamperfectum.

Ὅ τ ε.

Apodosis habet *imperfectum* 1 loco: N. 962.

8) Protasis habet aoristum et praesens.

Ἐ π ε ι δ ή.

Apodosis habet *praesens ind.* 1 loco: N. 1403.

Haec omnia quae dixi his duabus tabulis comprehenduntur, quarum altera demonstratur, quoties singulae particulae singulis temporibus iunctae occurrant; altera quae apodosis quoties unicuique protasi respondeat.

I.

Protasis:	Aoristus.	Imperfect.	Praesens.	Perfect.	Plqp.	Impf. +aor.	Impf. +plqp.	Aor. +praes.	Summa.
ὅτε	17	27	1	0	0	2	1	0	48
ἡνίκα	3	15	3	0	1	1	0	0	25
ἐξ οὗ etc.	14	0	4	1	0	0	0	0	19
ὡς	14	1	1	1	0	0	0	0	17
ἐπειδή	3	4	1	0	0	0	0	1	9
ἐπεί	4	0	0	0	0	0	0	0	4
ὁπότε	0	0	2	0	0	0	0	0	2
ὅπως	1	0	0	0	0	0	0	0	1
Summa	56	47	12	2	1	3	1	1	123

II.

In protasi:	Aoristus.	Imperfect.	Praesens.	Perfect.	Plqp.	Impf. +aor.	Impf. +plqp.	Aor. +praes.	Summa.
In apodosi: Imperfect.	16	22	0	0	0	1	1	0	40
Aoristus	19	16	3	0	1	2	0	0	41
Praesens	11	5	7	2	0	0	0	1	26
Perfectum	4	0	1	0	0	0	0	0	5
Impf. cum ἄν	0	1	0	0	0	0	0	0	1
Aor. cum ἄν	0	2	0	0	0	0	0	0	2
Imperativus	0	0	1	0	0	0	0	0	1
Substantivum vel adiectiv.	3	1	0	0	0	0	0	0	4
Apodosis abest.	3	0	0	0	0	0	0	0	3
S u m m a	56	47	12	2	1	3	1	1	123

De *temporum* usu haec habeo quae dicam.

Tempora omnia eandem vim habere, quam in enuntiatis liberis, in aperto est:

1) praesens igitur et perfectum actionem vel statum praesentem significant. Idem coniunctivo cum ἄν exprimitur: quod cum fit, et protasis et apodosis eam actionem efferre solet quae non semel, sed saepius usu venit; si autem praesens ind. est in protasi, aut haec ipsa aut apodosis, exceptis duobus locis E. 62. Fr. 188 (de quibus dixi p. 130), non repetitam continet actionem.

2) Imperfecto, aoristo, plusquamperfecto res praeteritae significantur: quorum aoristus non-diutinam actionem exprimit, imperfectum et plusquamperfectum—diutinam actionem vel statum. Res in praeterito saepius repetitae optativo efferri solent.

3) Sed imperfecti et plusquamperfecti ea ratio est, ut actionem vel statum primario contemporaneum enuntiare soleant, cum aoristus—praecedentem significet. Haec est causa, quod particularum aliae saepius aoristo, aliae imperfecto iunguntur.

Hinc de *significatione* earum iudicari potest: nam ὅτε et ἡνίκα * saepius actioni contemporaneae exprimendae inserviunt, contra ὡς, ἐπεί, ὅπως fere praecedentem introducunt, ἐπειδή medium locum tenere videtur, ut ad utrumque genus pertineat. Quin etiam, particulae ἡνίκὰ semper (praeter V. 1285) et ὅτε 8 saltem locis ex 16 (A. 16. N. 23. V. 1029. 1124. 1201. 1206. P. 701. Fr. 324), ubi aoristo iunctae sunt, non praecedentem actionem introducunt, certe non talem, qualem ὡς, ἐπεί, ὅπως aut Latinum *cum* historicum, sed, ut Latinum *cum* temporale, id tantum designant, actionem non-diutinam eodem tempore factam esse, quo aliam, nullo causali nexu intercedente. Veluti N. 23 τί ἐχρησάμην; ὅτ' ἐπριάμην τὸν κοππατίαν Latine „cum emi" vertendum est, quod neutra actio alteram antecedit. Est tamen, ubi ὅτε cum aoristo idem quod Latine *cum* cum plqp. coni. valeat, ut E. 632. 658. R. 771.

Contra ὡς, quod unum de illis tribus imperfecto semel quidem iunctum est, etiam hoc loco Pl. 688 actionem non plane contemporaneam introducit, sed cuius initium primariam antecedat: ὡς ἠσθάνετο „cum sensisset et sentiret" vel „cum sentire coepisset".

Quoniam de imperfecto, rem praegressam significante, dicere coepi, liceat mihi alia huius usus exempla afferre. Est enim, ubi particula temporalis—ὅτε V. 122. L. 523. Ec. 315, ἡνίκα V. 1285, ἐπειδή V. 1322. Pl. 695, ὡς Pl. 688—cum imperfecto potius praecedentem quam contemporaneam actionem designet vel, ut accuratius dicam, eam, cuius initium primariam antecedat, ipsa autem eiusdem temporis sit. Similiter Latine „postquam videbant" est „cum conspexissent et viderent". Veluti in L. 523 ὅτε δὴ—ἠκούομεν,—μετὰ ταῦθ' ἡμῖν ἔδοξεν illa ratio verbis μετὰ τ. ostenditur, imperfectum autem

* Ὅτε et ἡνίκα significatione nihil differre videntur, ut docet Av. v. 714 et 715, ubi utraque particula plane eodem sensu dicta est.

propterea positum est, quod mulieres *saepius* sermones illos audiverunt. Idem in V. 122 ὅτε δὴ—ταύταις ταῖς τελεταῖς οὐκ ὠφέλει, διέπλευσεν εἰς Αἴγιναν „cum nihil profuisset".

Ἐπεί, ut recte observavit Bachmannus (Lex. Ar. spec. p. 9), de tempore Ar. non usurpavit, nisi ubi epicorum vel tragicorum sermonem imitatur, quamquam qui factum sit, ut etiam Fr. 403, ubi loqui rusticum ipse concedit, eodem referret, non equidem intellego, itaque potius dicendum censeo: ἐπεί apud Ar. nisi ubi epicorum vel tragicorum sermonem imitetur, non inveniri excepto Fr. 403; ubi rusticus non minus Attice loquitur, quam Strepsiades in N. 60, etsi tragico ὅπως utitur, vel Dicaeopolis in A. 19, qui ὁπότε dixit, quod alibi in eadem constructione apud Ar. non legitur (nam in Fr. 188 eo excusari potest, quod actio repetita est).

Anm. Mera temporalis vis coniunctionis ὅτε (et ἡνίκα) omnique causae notione expers tum clarissime elucet, cum sententia subiuncta ad substantivum vel adiectivum (a) vel ad verba μεμνῆσθαι et εἰδέναι (b) pertinet, ubi temporalis sententia non multum differt ab obiectiva, aut cum particula in locutionibus ὡς ὅτε et ἦν ὅτε (c) invenitur. a) Ac primi quidem generis exempla haec sunt: V. 1201 ἐκεῖν' ἀνδρειότατόν γε τῶν ἐμῶν, ὅτ' Ἐργασίωνος τὰς χάρακας ὑφειλόμην. 1206. (Th. 478), ubi ὅτε fere „quod" valet. b) Locutio μέμνημαι ὅτε „memini cum" occurrit in V. 354. Av. 1054, ἀναμιμνήσκομαι ὅτε V. 449, οἶδα ὅτε L. 1138. 1150. 1251, οἶδα ἡνίκα Ec. 815. c) In comparatione ὡς ὅτε legitur in E. 599, ἦν ὅτε „fuit tempus cum" Ec. 183.

Ceterum, coniunctiones ὡς, ἐπειδή, ἐπεί saepissime causalem sententiam ordiuntur (cf. Bachmann. Lex. Ar. spec.), atque est ubi illas notiones haud facile discernas, ut in A. 218 νῦν,—ἐπειδὴ στερρὸν ἤδη τοὐμὸν ἀντικνήμιον καὶ παλαιῷ Λακρατείδῃ τὸ σκέλος βαρύνεται, οἴχεται—ego cum Brunckio temporalem vim particulae tribuo, Bachmannus l. c.—causalem.

Etiam ὅτε interdum in causalem notionem abit; sed quae hac particula affertur causa aliquid differre videtur ab ea, quae illis introducitur, proximeque ὅτε hoc sensu dictum ad εἰ causale (v. p. 90, b) accedit: non enim ipsius actionis causa affertur, sed ex eo, quod secundaria sententia continetur, colligitur, illud quoque recte se habere, quod principali efferatur. Veluti in E. 1112 καλήν γ'

ἔχεις ἀρχήν, ὅτε πάντες ἄνθρωποι δεδίασί σε non propterea, quod omnes mortales Demum metuant, praeclarum habere dicitur imperium, sed inde quod omnes eum metuunt, concludit chorus, imperium eius praeclarum esse: causa igitur non facti affertur, sed iudicii. Similiter nos dicimus „когда“. Omnia huius generis exempla haec sunt: A. 401. 647. E. 1112. 1122. N. 7. 34. 717. 1217. 1474. V. 1134. P. 196. 1251. L. 421. Th. 707. R. 22. 1189.

II. Sententiae, quae particula dum incipiunt,

omnino 8 sunt numero, quarum in 6 est ἕως, in 2 locutio ἐν ὅσῳ. Particula ἕως 3 locis E. 111. Ec. 83. Fr. 361 et ἐν ὅσῳ P. 943. Ec. 1152, quibus locis sententia quam subiungunt *praesens ind.* habet, diuturnam praesentem actionem indicat, quae in futurum quoque extenditur, quae dum fit aliud quidpiam geritur, id quod Latine particula „*quamdiu*“, Rossice „*пока*“ reddi potest. *Apodosis* continet 2 locis *futurum ind.* Ec. 83. 1152, 2 locis *imperativum* E. 111. P. 943, quinto loco Fr. 361 apodosis non servata est.

Reliquis 3 locis P. 71. Th. 503. Pl. 744 ἕως *aoristo ind.* iunctum est finemque significat, ad quem diuturna actio apodosis, imperfecto (cui in P. 71 ἄν additum est) prolata, durabat, id quod Latine particulis „*usque dum*“ vel „*quoad*“, Rossice „*(до тѣхъ поръ) пока не*“ exprimitur.

III. Sententiae, quae particula πρίν incipiunt.

De particula πρίν quoniam ante me et Prauseus dixit et Sturmius, non agerem, nisi viderem, esse quod ab iis praetermissum sit.

Apud Ar. haec particula cum infinitivo 57 locis (Prauseus et Sturmius dant 50), cum indicativo 1 loco legitur. *Infinitivus aoristi* invenitur 37 locis: E. 258. 317. 761. 937. N. 631. 1402. 1425. V. 245. 452. 1325. P. 273. 295. 307. 608. Av. 964. 1280. Th. 3. 242. 572. 863. 1208. R. 166. 481. 674. 955. Ec. 132. 506. 511. 620. 649. 1184. Pl. 259. 376. 378. 597. 737. Fr. 205, 2. *Praesentis* 13 locis: A. 383. E. 321. 542. N. 780. V. 402. 1086. P. 1296. Av. 495. 1458. L. 97. Th. 380. R. 885. 1480. *Praesentis et aoristi* infinitivus 1 loco legitur: Ec. 589. *Perfecti* 6 locis: V. 1156. P. 375. Av. 1034. L. 322. R. 1185. Fr. 249.

De usu temporum infinitivi v. Sturmium p. 367.

Indicativus aoristi sequitur negativam sententiam in Av. 700; *infinitivus* 54 locis positivam, 3—negativam: N. 1402. P. 307. Ec. 589.

N. 1402 (tetr. iamb.) οὐδ' ἂν τρί' εἰπεῖν ῥήμαθ' οἷός τ' ἦ (ll. ἦν), πρὶν ἐξαμαρτεῖν.

P. 307 (tr.) οὐκ—ἔσθ' ὅπως ἀπειπεῖν ἂν δοκῶ μοι (ll. μὲν) τήμερον, πρὶν—ἀνελκύσαι τὴν θεῶν—μεγίστην.

Ec. 589 (an.) μή νυν πρότερον μηδεὶς ὑμῶν ἀντείπῃ μηδ' ὑποκρούσῃ, πρὶν ἐπίστασθαι τὴν ἐπίνοιαν καὶ τοῦ φράζοντος ἀκοῦσαι.

Quorum in prioribus duobus infinitivus eo excusari potest, quod aliter optativus ponendus erat: in N. 1402 quia generalis sententia est, in P. 307 quia infinitivus cum ἄν praecedit, ex optativo cum ἄν ortus (v. Goodwin. 643). Constat autem Aristophanem, Aeschylum, Euripidem optativo cum πρίν prorsus abstinuisse (Sturm. p. 276—7), nec alios libenter usos esse (Goodwin. 629); in generalibus vero sententiis praeteriti temporis dubium est an nusquam occurrat (Goodwin. 629 et 646), infinitivus autem hoc sensu dictus est apud Xen. Cyr. 8, 1, 38. An. 4, 5, 30, ut N. 1402, a grammaticis illis neglectus, istam legem confirmet.—Tertio loco infinitivum pro coniunctivo cum ἄν dictum ab anapaestorum licentia excusationem habere puto, quamquam Demosthenes quoque (Goodwin. 628) simili loco V, 15 καί μοι μὴ θορυβήσῃ μηδεὶς πρὶν ἀκοῦσαι infinitivo utitur.

Ann. 1. Notandum est, in N. 1402 πρίν idem fere esse atque ὥστε μή „quin", de qua vi particulae dixit Sturmius p. 348.

Ann. 2. Ceterum in P. 306 parum recte puto Meinekeum pro μέν reposuisse μοι: quae enim est haec sententia: οὐκ ἔσθ' ὅπως δοκῶ μοι ἀπειπεῖν ἄν „fieri non potest ut defetisci posse mihi videar" „навѣрно мнѣ кажется, что я не могу устать"? Nam ista affirmatione οὐκ ἔσθ' ὅπως, si de re praesenti vel praeterita agitur, non facile quisquam uti potest, nisi cum de alia persona vel re loquitur; in se autem ipso tum tantum potest, cum aliquid se facturum vel passurum (in futuro igitur) pro certo affirmat. * Haec et ratio

* De sua praesenti actione vel statu tum aliquis ista constructione uti potest, cum ipse eius rei ignarus est et alicunde colligit, aliter rem se habere non posse. Veluti „fieri non potest quin vulneratus sim" tum dicere possum, cum ipsum vulnus non video vel non sentio, sed ex alia re de vulnere coniecturam facio.

docet et Ar. ipse, qui hac structura praeter hunc locum 27 locis utitur, quorum 21 praedicatum, in secunda vel tertia persona positum, et ad praeteritum et ad praesens et ad futurum pertinet: A. 116. E. 238. 426. 879. 951. N. 1181. 1275. 1307. V. 212. 260. 654. P. 41. 188. Av. 52. Th. 404. 847. 882. R. 640. Pl. 51. 139. 871. De se autem ipso ubi quis loquitur, semper aut futuro ind., aut optativo cum ἄν utitur—6 locis: N. 802. (V. 471). P. 102. Av. 628. L. 1092. Pl. 18. Quae cum ita sint, nostro loco cum Blaydesio legendum censeo δοκοῖμεν, ita ut ἄν ad hoc referatur ac non ad ἀπειπεῖν, id quod etiam versu commendatur, caesura ἄν ab ἀπειπεῖν divellente. Verte igitur: „fieri non potest ut defessi videamur (aliis scilicet, non nobis)“ „навѣрно мы не будемъ казаться никому усталыми, пока не вытащимъ“.

CAPUT V.

Sententiae relativae.

Sententiae relativae in modorum usu partim primarias sequuntur, partim — condicionales: illae iisdem modis efferuntur, quibus primariae: indicativo, coniunctivo, optativo etc.; hae eosdem habent modos, quos condicionales: (indicativum omnium temporum cum negatione μή, ut logicae condiciones), coniunctivum (cum ἄν plerumque) et optativum, ut futurae et generales, (praeteritum ind., ut irreales). Harum eas, quae coniunctivo et optativo apud Ar. elatae sunt, fusius tractabo; eas, quae indicativo—brevius. Ordiamur igitur ab iis, quae coniunctivo prolatae sunt.

A. Relativae sententiae, coniunctivo prolatae.

In relativis sententiis, ut in condicionalibus et temporalibus, coniunctivi usus duplex est: aut ad futurum tempus spectat enuntiatum, aut ad praesens vel potius ad quodlibet tempus pertinet. In utroque genere relativa sententia ad personam vel rem *indefinitam* pertinet, id quod Latine pronomine *quicunque* vel *quisquis*, Rossice verbis *всякій кто*, *все что* accuratius exprimi potest. Discrimen autem istud plerumque in indole regentis sententiae nititur

(cf. tamen infra). Prioris generis enuntiata apud Ar. 40 numero inveni, alterius 34.

Temporum coniunctivi ratio eadem est quae in condicionibus: praesenti significatur actio diutina, aoristo—non-diutina, perfecto (quod bis tantum legitur) status indicatur, actionem excipiens.

De *pronominum* et *adverbiorum* relativorum formis et usu haec annotanda sunt:

1) simplicia (ὅς) et composita (ὅστις) in his enuntiatis aeque usurpantur nulloque, uti videtur, sensus discrimine, quamquam in generalibus sententiis saepius ὅστις, in futuris saepius ὅς ponitur.

2) ὁπόσος bis tantum dictum est idque in lyricis locis: R. 259. Ec. 298, alibi ponitur ὅσος.

Horum aliorumque eiusmodi vocabulorum numeros ex hac tabula cognoscas.

	Futura.	Generalia.	
ὅς	15 (7 pr.+8 aor.)	9 (6 pr.+2 aor.+1 perf.)	24
ὅσπερ	2 (1+1)	—	2
ὥσπερ	—	1 (aor.)	1
ἵνα (ubi)	—	1 (pr.)	1
ὅστις	12 (6+6)	17 (9+7+1)	29
ὅ τι περ	1 (aor., poëta)	—	1
ὅσος	5 (3+2)	5 (3+2)	10
ὁπόσος	2 (pr.)	—	2
ὁπότερος	3 (1+2)	1 (pr.)	4
Summa	40	34	74

Formae pronominum ὅς et ὅστις, sive propter metrum, sive ob alias causas, non pariter usurpantur, sed alii casus saepius ab illo, alii ab hoc ducuntur.

S. N.	ὅς 8	(ἥ 1)		ὅστις 6	N.A.ὅ	τι 5
G.	„	„	οὗ 1	„	„	„
D.	„	„	„	ὅτῳ 2	„	„
A.	„	ἥν 1	ὅ 1	ὅντινα 2 (1)	ἥντινα 1	
Pl. G.	ὧν 4					
D.	οἷς 4					
N.A.	ἅ 7 (6)				ἅττα 13.	

Coniunctivo, ut in condicionibus et temporalibus enuntiatis, solet adiungi ἄν particula; exstant tamen 3 loci, ubi ἄν omissum est. Neque vero his lex illa Atticorum violatur: unus enim istorum versuum Av. 928, dithyrambicorum sugillandorum causa compositus, rationem quoque dicendi eorum tumentem imitatur; in altero R. 1163 comicus Aeschylum tragice dicentem facit, cui rei etiam poetica vox πάτρα documento est; tertius denique Ec. 687 in anapaestis legitur, quibus cum aliae, tum haec licentia concedenda videtur: vide quae supra diximus p. 19 ad E. 805 et p. 143 ad Ec. 629.

I. ENUNTIATA FUTURA

in *protasi* habent *praesens coni.* 21-ies, *aoristum*—19-ies.

Ann. Quattuor locos inveni, in quibus eodem sensu futurum ind. dictum est: *

A. 255 ὡς μακάριος, ὅστις σ' ὀπύσει κτλ.

E. 1107 ἀνύσατε,—ὅ τι περ ποιήσετε.

P. 1267 ἵνα, ἅττ' ᾄσεται, προαναβάληται.

Th. 916 κλαύσεται,—ὅστις σ' ἀπάξει.

Quorum tres priores illud commune habent, quod in iis actio relativi enuntiati primariam sequitur atque futurum, modali qui dicitur sensu dictum, idem fere valet ac μέλλω cum inf.: cf. P. 1268,

* Multo plures sunt loci, qui futurum ind. in relativa sententia habent; sed in omnibus, praeter illos quattuor, relativa sententia ad aliquid definitum pertinet.

ubi idem ita expressum est: ὅ τι περ ᾄδειν ἐπινοεῖς, — ἀναβαλοῦ. Vide Goodwin. 527. Sed in generalibus enuntiatis talis actio coniunctivo v. μέλλειν cum inf. exprimitur: Th. 7. R. 1420. Quartum vero exemplum quo excusari possit, non video: quid est enim, cur non ita dicatur: κλ., ὅστις ἄν σ' ἀπαγάγῃ? exceptionum igitur numero habendum est (vide Goodwin. 530): nisi forte futurum hic, ut in condicione, eo explicandum est, quod verba minantis sunt.

Praesens coniunctivi.

In *apodosi* legitur *futurum indicativi* 7 locis: A. 318. E. 1108. N. 245. Av. 1115. R. 161. 259. Fr. 2; eodem pertinet *infinitivus futuri* in obliqua oratione, ex praeterito nexus, 1 loco: Ec. 290, et *participium futuri*, ex praesenti suspensum, 1 loco: Th. 90. Futuro similis est *optativus cum* ἄν, qui 1 loco invenitur: N. 1151. Porro *imperativus* exstat 4 locis: Av. 928. L. 210. 1121. Pl. 471; eodem referendum est *participium aor.*, imperativo subiectum, 1 loco: A. 487; ab imperativo non multum differt *coniunctivus hortativus*, qui 1 loco occurrit: R. 702; similiter *coniunctivus cum* ἄν in sententia finali, ex futuro ind. suspensa, apodosim facit relativae 1 loco: Ec. 298. Denique *infinitivus* liber, imperandi et optandi notione praeditus, 2 locis reperitur: Av. 450. R. 894; infinitivus, praesenti ind. verborum διδάσκειν et ἐθέλειν subiectus, item 2 locis: A. 356. Av. 564.

A. 318 (tr.) ὑπὲρ ἐπιξήνου 'θελήσω πάνθ', ὅσ' ἂν λέγω, λέγειν. Verba πάνθ' — λέγω dedit Meinekeus ex v. 356 pro τὴν κεφαλὴν ἔχων, quae est lectio codicum, scilicet, ut dactylum vitaret. Quod quam violentum sit, nemo non videt; dactylum autem in quinta tetrametri trochaici sede omnino damnandum non esse, supra ostendi p. 51 ad V. 496.

356 ἐμοῦ 'θέλοντος ὑπὲρ ἐπιξήνου λέγειν—ἅπανθ', ὅσ' ἂν λέγω. 487 ὦ—καρδία,—τὴν κεφαλὴν ἐκεῖ παράσχες, εἰποῦσ', ἅττ' ἂν αὐτῇ σοι δοκῇ.

E. 1108 ὁπότερος ἂν σφῶν εὖ με μᾶλλον νῦν ποιῇ, τούτῳ παραδώσω τῆς πυκνὸς τὰς ἡνίας, ubi νῦν satis probabiliter Kockius pro ἄν codicum coniecit; alibi enim in talibus ἄν repetitum apud coniunctivum non memini me legere.

N. 245 μισθόν,—ὅντιν' ἂν πράττῃ μ', ὁμοῦμαι καταθήσειν σοι τοὺς θεούς. 1151 ὥστ' ἀποφύγοις ἄν, ἥντιν' ἂν βούλῃ δίκην.

Av. 450 ἀκούετε λεψ· τοὺς ὁπλίτας—σκοπεῖν, - ὅ τι ἂν προγράφωμεν. 564 (an.) διδάσκω—προσνείμασθαι--τοῖσι θεοῖσιν τῶν ὀρνίθων, ὃς ἂν ἁρμόττῃ (ll. ἁρμόζῃ) καθ' ἕκαστον.

928 (poeta) δὸς ἐμίν, ὅ τι περ—θέλῃς—δόμεν, ubi temere Blaydesius pro θέλῃς scripsit θέλεις ex interpolato codice B, cui nullam fidem haberi posse supra docui: nam hoc ipso loco idem B pro ἐμίν praebet ἡμῖν; per se tamen indicativus, si verba ipsius Ar. essent, usitato sermone scripta, etiam praeferendus erat coniunctivo: nam verba volendi in talibus, ut infra docebo, fere semper in indicativo ponuntur.

1115 (tr.) ὑμῶν ὃς ἂν μὴ μῆν' (ll. μήνην, μηνιν) ἔχῃ,—δίκην δώσετε.

L. 210 λεγέτω,—ἅπερ ἂν κἀγὼ λέγω. 1121 οὗ—ἂν διδῶσι, πρόσαγε τούτου λαβομένη, ubi τούτου recte coniecisse puto Dobraeum pro τούτους.

Th. 90 (Ἀγάθωνα πεῖσαι βούλομαι εἰς Θεσμοφόροιν ἐλθεῖν) χἂν δέῃ, λέξονθ' ὑπὲρ ἐμοῦ, ubi χἄν Velsenus ex Marklandi coniectura scripsit pro κἄν, quod in libris legitur. Quae coniectura mihi quoque probatur: κἄν enim tum aptum esset, si Euripides nesciret, num opus futurum esset pro se in mulierum concione dicere; at ex vv. 181—188 apparet, illum de ea re ne dubitare quidem.

R. 161 οἵ σοι φράσουσ' ἀπαξάπανθ' ὧν ἂν δέῃ. 259 (lyr.) κεκραξόμεσθα,—ὁπόσον ἡ φάρυγξ ἂν ἡμῶν χανδάνῃ. 702 (tr.) πάντας ἀνθρώπους — συγγενεῖς κτησώμεθα κἀπιτίμους καὶ πολίτας, ὅστις ἂν ξυνναυμαχῇ. 894 ὀρθῶς μ' ἐλέγχειν, ὧν ἂν ἅπτωμαι λόγων.

Ec. 290 (lyr.) ἠπείλησε — ὁ θεσμοθέτης, ὃς ἂν μὴ πρῳ — ἥκῃ,— μὴ δώσειν τὸ τριώβολον. 298 (lyr.) ὅπως πλησίον καθεδούμεθ', ὡς ἂν χειροτονῶμεν ἅπανθ', ὁπόσ' ἂν δέῃ τὰς ἡμετέρας φίλας.

Pl. 471 ποιεῖτον,—ὅ τι ἂν ὑμῖν δοκῇ.

Fr. 2,2 ἀγοράσω ἁπαξάπανθ', ὅσ' ἂν κελεύῃς, ubi Suidae codices contra metrum praebent ὅσα κελεύεις.

Aoristus coniunctivi.

In *apodosi* legitur *futurum ind.* 8 locis: A. 1001. N. 942. V. 537. 689. P. 138. Av. 458. R. 1416. Ec. 687; futuri quandam notionem habet *praesens ind.* verborum διδόναι et γίγνεσθαι (cf. Stahl. Quaestt. gramm. p. 14): δίδωμι enim interdum valet „polliceor me daturum", γίγνομαι autem „futurus sum"; cuius usus 2 exempla exstant:

V. 1420. Av. 1645; ad futurum spectat *infinitivus* quoque cum ὥστε in sententia consecutiva 1 loco: N. 1316; porro, grammaticam apodosim facit *aoristus ind.*, cum logica apodosis substantivo contineatur, ex eo pendente, 1 loco: P. 371, ubi θάνατον προεῖπε idem valet ac προεῖπεν ἀποκτενεῖν. Tum *imperativus* invenitur 4 locis: N. 89. 345. R. 637. Fr. 305; ad hunc prope accedit *infinitivus*, imperandi vi praeditus, 1 loco: Av. 972, et *coniunctivus*, eandem notionem habens, 1 loco: L. 1057.

A. 1001 ὃς δ' ἂν ἐκπίῃ πρώτιστος, ἀσκὸν — λήψεται.

N. 89 μάνθαν',—ἂν ἐγὼ παραινέσω. 345 (an.) ἀπόκρινα,—ἅττ' ἂν ἔρωμαι. 942 (an.) ἐκ τούτων, ὧν ἂν λέξῃ,—αὐτὸν — κατατοξεύσω. 1316 (lyr.) ὥστε νικᾶν ἅπαντας, οἵσπερ ἂν ξυγγένηται.

V. 537 (tetr. iamb.) ὅσ' ἂν λέξῃ,—γράψομαι. 689 (an.) ὅστις ἂν— ὕστερος ἔλθῃ,—τὸ τριώβολον οὐ κομιεῖται. 1420 δίκην δίδωμί σοι, ἣν ἂν σὺ τάξῃς.

P. 138 ἅττ' ἂν καταφάγω τὰ σιτία, τούτοισι — τοῦτον χορτάσω. 371 ἆρ' οἶσθα θάνατον ὅτι προεῖφ' ὁ Ζεύς, ὃς ἂν ταύτην ἀνορύττων εὑρεθῇ;

Av. 458 (lyr.) ὃ γάρ ἂν — τύχῃς μοι ἀγαθὸν πορίσας, τοῦτο κοινὸν ἔσται. 972 (hex.) ὃς δέ κ' — ἔλθῃ — προφήτης, τῷ δόμεν ἱμάτιον. 1645 σοῦ — ἅπαντα γίγνεται τὰ χρήμαθ', ὅσ' ἂν ὁ Ζεὺς — καταλίπῃ.

L. 1056—7 (lyr.) ὅστις ἂν νυνὶ δανείσηται παρ' ἡμῶν, ἂν λάβῃ μηκέτ' ἀποδῷ, ubi pro ἄν omnes codices vitiose praebent ἄν et pro ἀποδῷ, quod a Brunckio metri causa restitutum est, R ἀποδιδῷ, sed interpolati et scholia ἀποδῷ.

R. 637 ὁπότερόν γ' ἂν νὼν ἴδῃς κλαύσαντα,—εἶναι τοῦτον ἡγοῦ μὴ θεόν. 1416 τὸν ἕτερον λαβὼν ἄπει, ὁπότερον ἂν κρίνῃς.*

Ec. 687 (an.) Βλε. ὅτῳ δὲ τὸ γράμμα μὴ ξελκυσθῇ;—Πρα. τούτους ἀπελῶσιν ἅπαντες.

Fr. 305 (tr.) μὴ γεύεσθε, ἅττ' ἂν καταπέσῃ.

II. ENUNTIATA GENERALIA.

In hoc genere *praesens* coni. legitur 20, *aoristus* 12, *perfectum* 2 locis.

* Mire Kockius ad h. l.: „ἄπει ist Indicativ, nicht Imperativ.“

Ann. Pro coniunctivo cum ἄν saepe poni indicativum praesentis (cum ὅστις vel ὅσος), infra ostendam.

Praesens coniunctivi.

In *apodosi* 15 locis invenitur *praesens ind.*, ita tamen, ut 7-ies tantum sententia relativa ex eo ipso nexa sit: (A. 799). V. 971. P. 651. 939. L. 1233. Pl. 185. 1151; alibi apodosim proprie facit *infinitivus praes.*, indicativo subiectus,—5 locis: N. 808. V. 1121. L. 1201. R. 1163. Pl. 912, vel *participium* aoristi — 2 locis: E. 1139. P. 1133, et praesentis — 1 loco: R. 751. Eodem pertinent 2 loci, ubi infinitivus, ex indicativo verbi δεῖν suspensus, intellegitur, ita ut in apodosi sola negandi particula οὐ maneat: Th. 7. 8. Porro, 1 loco apodosi *perfectum ind.* empiricum continetur: V. 561. Denique notatu digni sunt 2 loci: R. 1420. Ec. 1124, quorum altero in apodosi est *infinitivus futuri*, praesenti ind. verbi δοκεῖν subiectus, altero *participium*, quod forma quidem praesentis est, notione autem, ut futuro ind. annexum, ad futurum pertinet: his igitur 2 locis, quibus tertium addiderim, quem supra attuli, L. 1201, apodosis rem futuram solam significat, relativa autem sententia ad praesens atque ad quodvis tempus valet.

A. 799 (Meg.) (ἐσθίει) πάνθ' ἅ κα διδῷς: libri ἃ καὶ δίδως.

E. 1139 (lyr.) * τούτων ὃς ἂν ᾖ παχύς, θύσας ἐπιδειπνεῖς.

N. 808 (lyr.) ἕτοιμός — ἐστιν ἅπαντα δρᾶν, ὅσ' ἂν κελεύῃς.

V. 561 (an.) τούτων, ὧν ἂν φάσκω, πάντων οὐδὲν πεποίηκα. 971 ἅττ' ἄν — τις φέρῃ, τούτων μεταιτεῖ τὸ μέρος. 1121 (tr.) ἐμοὶ δοκεῖ,—τῶν πολιτῶν — ὅστις ἂν μὴ 'χῃ τὸ κέντρον, μὴ φέρειν τριώβολον.

P. 651 (tr.) ἅττ' ἂν — λέγῃς ἐκεῖνον,—ταῦθ' ἁπαξάπαντα τοὺς σεαυτοῦ λοιδορεῖς. 939 (lyr.) πάνθ' ὅσ' ἂν θεὸς θέλῃ ᾖ τύχη κατορθοῖ, χωρεῖ κατὰ νοῦν. 1133 (lyr.) (φιλῆδῶ) ἐκκέας τῶν ξύλων, ἅττ' ἂν ᾖ δανότατα.

---

* Ex hoc aliisque locis, ut E. 52. P. 1133 apparet, parum recte Madvigium in gramm. Gr. § 183 dicere: „Die Zeiten des Particips, Praesens, Futurum, Perfectum und Aorist, entsprechen denselben Zeiten des Indikativs (so dass der Aorist Praeteritum ist)“: nam participium aoristi, quo actio aliam antecedens significatur, si verbum regens in praeterito est, ipsum quoque praeteritum tempus indicat; sin autem verbum regens in futuro vel praesenti est, participium aor. et praeteritum et futurum vel praesens significare potest, ut θύσας ἐπιδειπνεῖς = θύεις καὶ ἐπιδειπνεῖς.

L. 1201 (lyr.) (λέγω) χἄττ' (ll. χ' ἄτ' et χἄ τ') ἂν ἔνδον ᾖ, φορεῖν. 1233 ὅ τι μὲν ἂν λέγωσιν, οὐκ ἀκούομεν.

Th. 7 οὐχ (δεῖ σ' ἀκούειν), ἅ γ' ἂν μέλλῃς ὁρᾶν. 8 οὐχ (ὁρᾶν δεῖ σε), ἅ γ' ἂν ἀκούειν δέῃ.

R. 751 (ᾄδει) παρακούων δεσποτῶν, ἄττ' ἂν λαλῶσι;

1163 ἥκειν — εἰς γῆν ἔσθ', ὅτῳ μετῇ πάτρας, ubi ἥκειν Hirschigius (in ed. Vesp. p. 157) coniecit pro ἐλθεῖν: „Aeschylus, inquit, docet Bacchum differentiam τοῦ ἥκω et τοῦ κατέρχομαι: tum qui ἐλήλυθε, is non ἦλθε sed ἥκει. Vide sis nunc quid delirans scribarum gens fecerit. Pessumdedit vocem, quae cum κατέρχεσθαι facit cardinem horum versuum. Legendum enim — ἥκειν pro ἐλθεῖν". Quod bene excogitatum concedo, necessarium autem esse non credo: nam cum ἥκειν et ἐλθεῖν fere synonyma sint, facile potuit Aeschylus hoc pro illo reponere, ut in v. 1164. 1168, cum praesertim pondus orationis magis incumbat in v. κατέρχεσθαι: id enim agit Aeschylus, ut demonstret, quid differat compositum verbum a simplici, quod utrum ἥκειν an ἐλθεῖν sit non refert. Idem igitur fecit Hirschigius in hoc versu, quod in v. 1168 is qui codicem Vaticanum (U) descripsit, qui pro ἦλθεν substituit ἧκεν.

1420 ὁπότερος οὖν ἂν τῇ πόλει παραινέσειν μέλλῃ τι χρηστόν, τοῦτον ἄξειν μοι δοκῶ.

Ec. 1124 εὐφρανεῖ (sc. ἡμᾶς),—ἐκλεγομένας, ὅ τι ἂν μάλιστ' ὀσμὴν ἔχῃ.

Pl. 185 κρατοῦσι—κἀν τοῖς πολέμοις ἑκάστοτε, ἐφ' οἷς ἂν οὗτος ἐπικαθέζηται. 912 οὐ — προσήκει τὴν — πόλιν εὐεργετεῖν,—καθ' ὅσον ἂν σθένω; 1151 πατρίς — ἐστι πᾶσ', ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ.

Aoristus coniunctivi.

In *apodosi* legitur *praesens ind.* 6 locis: N. 785. 1458. V. 1289. P. 24. L. 596. Th. 344. Eodem pertinet *infinitivus praesentis* in or. obl. 2 locis: N. 589. Ec. 474, et *participium praesentis* 2 locis: Ec. 138. 798, et *participium aoristi* (perfecto ind. appositum) 1 loco: E. 53. Denique *aoristus ind.* empiricus 1 loco occurrit: V. 586.

E. 53 ἀναρπάσας, ὅ τι ἄν τις ἡμῶν σκευάσῃ τῷ δεσπότῃ,—κεχάρισται τοῦτο.

N. 589 (tr.) φασὶ—ταῦτα—τοὺς θεούς, ἄττ' ἂν ὑμεῖς ἐξαμάρτητ', ἐπὶ τὸ βέλτιον τρέπειν. 785 εὐθὺς ἐπιλήθει,—ἄττ' ἂν καὶ μάθῃς.

1458 (tetr. iamb.) ποιοῦμεν ταῦθ' ἑκάστοθ', ὅντιν' ἂν γνῶμεν—ὅντ' ἐραστήν. In his ὅντιν' ἄν Porsonus coniecit pro ὅταν τινά, nimirum ut anapaestum vitaret. Qua correctione mihi nihil opus esse videtur: nam etiam in quinto pede anapaestus admittitur, si prius vocabulum elisione breviatum est neque interpunctio intercedit, cuius rei Bernhardius p. 279 haec tria affert exempla: P. 31. Av. 956. N. 238; hic autem vocabula ἑκάστοθ' ὅταν, arctissime inter se coniuncta, sine vocis remissione dicta esse verisimile est. Similiter bisyllaba vox in 5 pede anapaestum interdum incipit (Bernhardi. p. 281).

V. 586 (an.) ἔδομεν ταύτην, ὅστις ἂν ἡμᾶς—ἀναπείσῃ. 1298 παῖδα—καλεῖν δίκαιον, ὅστις ἂν πληγὰς λάβῃ.

P. 24 ὃς μέν,—ὥσπερ ἂν χέσῃ τις, φαύλως ἐρεῖδει· τοῦτο δ' ὑπὸ φρονήματος βρενθύεται κτλ. Blaydesius, parum usitato ὥσπερ ἄν, credo, offensus, pro ὥσπερ edidit ὅτιπερ et pro τοῦτο δ' — τοῦθ'· ὁ δ', utrumque male, ut mihi quidem videtur. Nam ὥσπερ multo aptius est quam ὅτιπερ: hoc enim contendit servus, suem vel canem stercus *ita* edere, *ut* cacatum sit (eademque est vis adverbii φαύλως), scarabaeum autem nisi tritum comedere nolle (v. scholia ad h. l.). Alterum Blaydesii τοῦθ'· ὁ δ' eo displicet, quod ὁ δέ in opponendo parum firmum est: solet enim οὗτος δέ vel ἐκεῖνος δέ dici.

L. 596 (an.) χἂν τούτου μὴ 'πιλάβηται, οὐδεὶς ἐθέλει γῆμαι ταύτην. Libri κἄν. Meinekei coniectura et crasim inusitatam (pro καὶ ἢ ἄν) invehit neque necessaria est: nam si post relativam sententiam in primaria et αὐτός et οὗτος poni potest (v. Krueg. 51, 5,1; cf. Blaydesii ann. ad P. 25 in addendis p. 314), quid est quod post condicionem αὐτός dici posse concedant (v. Blaydes. ad h. l.), οὗτος non item? Atque similia exempla apud Ar. haec invenisse mihi videor: V. 583 κἂν—ὁ πατήρ τῳ δῷ καταλείπων παῖδ' ἐπίκληρον,—ἔδομεν ταύτην. Av. 793 εἰ—μοιχεύων τις ὑμῶν ἐστιν ὅστις τυγχάνει, — οὗτος ἂν—ἀνέπτετο. Neque αὐτός ita positum apud Ar. legere me memini, nisi bis uno loco Th. 834. 838.

Th. 344 μοιχὸς εἴ τις—μὴ δίδωσιν, ἂν (ll. ἃ ἄν) ὑπόσχηταί ποτε.

Ec. 138 τὰ—βουλεύματα αὐτῶν ὅσ' ἂν πράξωσιν ἐνθυμουμένοις ὥσπερ μεθυόντων ἐστὶ παραπεπλεγμένα. Parum recte haec vulgo interpretantur, ut mihi videtur, cum verba ὅσ' ἂν πράξωσιν ad τὰ βουλεύματα referunt, in hanc sententiam: „decreta quaecunque faciunt“ (Brunck.), „ihre Beschlüsse, so viel sie deren fassen“

(Minckwitz.): neque enim τὰ βουλεύματα πράττειν facile dici potest pro τὰ β. δρᾶν (Eur. Hipp. 650) vel τὰ β. βουλεύειν (Eur. El. 1011), et, si ita coniungas, ἐνθυμουμένοις pendet: malim igitur ὅσ' ἂν πρ. cum ἐνθυμ. coniungere, hoc sensu: „decreta eorum iis, qui quaecunque illi fecerunt considerant, videntur esse dementia".

474 λόγος—ἔστι,—ὅσ' ἂν ἀνόητ' ἢ μῶρα βουλευσώμεθα, ἅπαντ' ἐπὶ τὸ βέλτιον ἡμῖν ξυμφέρειν, ubi ἀνόητ' ἢ bene coniecit Bentleius pro ἀνόητα χ' ἢ et ἀνόητα καὶ codicum. 798 ἅττ' ἂν δὲ δόξῃ, ταῦτα—ἀρνουμένους (sc. οἶδα).

Perfectum coniunctivi.

In *apodosi praesens ind.* legitur.

E. 1149 (lyr.) ἀναγκάζω—ἐξεμεῖν, ἅττ' ἂν κεκλόφωσί μου „quaecunque mihi furati habent".

Av. 1350 ἀνδρεῖον — νομίζομεν, ὃς ἂν πεπλήγῃ τὸν πατέρα „quicunque verberator est", nisi forte aoristus coni. epicum est, ut docet Classenus et Kockius, quod non credo.

B. Relativae sententiae, optativo prolatae.

In relativis sententiis, pariter atque in condicionalibus et temporalibus, optativi ratio ea est, ut aut ad futurum spectantem (vel in praesenti repetitam) actionem significet—10 locis, aut in praeterito repetitam—7 locis.

Pronominum et *adverbiorum* formae in hoc genere enuntiatorum usurpantur eae, quae ex relativo et indefinito pronomine vel adverbio compositae sunt: ὅστις, ὅπου, nisi quod 3 locis V. 1431. 1458. Ec. 898, ubi optativus propter attractionem modi positus est, legitur ἤν et ὑπερ.

Temporum usus idem est atque in condicionibus: ut in coniunctivo, ita in optativo quoque praesens actionem diutinam significat, aoristus non-diutinam: nam in Th. 872 aut R. 97 aoristo actio significatur haudquaquam aliam antecedens, contra in Av. 510 praesenti indicatur actio repetita, quae aliam antecedebat.

I. ENUNTIATA FUTURA ET PRAESENTIA.

Optativi in his usus triplex est: a) optativus in protasi ponitur propter attractionem modi (ubi aliter futurum ind. vel coniunctivus cum ἄν ponendus erat), quia apodosis ipsa habet optativum sive potentialem, cum particula ἄν coniunctum,—4 locis (α), sive proprium, nudum—1 loco: V. 1431, quo pertinet etiam P. 437, ubi propter obliquam rationem dicendi optativi locum tenet infinitivus, ex. v. εὔχεσθαι nexus (β). b) Bis optativus pro coniunctivo cum ἄν legitur in obliqua oratione ad praeteritum tempus spectante. c) Semel in versu tragici coloris optativus in protasi vice fungitur optativi cum ἄν coniuncti, in apodosi praesenti ind. posito. d) Semel denique optativus legitur pro coniunctivo cum ἄν (aut indicativo praesentis) in sententia generali, ad praesens pertinente, quae subiecta est infinitivo.

Praesens opt. in protasi quinquies invenitur: V. 1431. 1458. Av. 128. Th. 587. Ec. 898, *aoristus* ter: N. 1251. P. 437. R. 97.

Iam sequuntur loci.

a. α) N. 1251 οὐκ ἂν ἀποδοίην οὐδ' ἂν ὀβολὸν οὐδενί, ὅστις καλέσειε κάρδοπον τὴν καρδόπην, ubi si in apodosi futurum ind. esset, in relativo enuntiato coni. cum ἄν vel futurum ind. ponendum erat.

Av. 128 Ἐπ. ποίαν τιν'—ἥδιστ' ἂν οἰκοίτην πόλιν; Ε ὐ ε λ π. ὅπου τὰ μέγιστα πράγματ' εἴη μοι ταδί· ἐπὶ τὴν θύραν μου πρῴ τις ἐλθὼν τῶν φίλων λέγοι ταδί. Hic quoque, nisi primaria sententia ipsa optativo enuntiata esset, in secundaria esset fut. ind., ut etiam v. 137 docet: ὅπου ξυναντῶν μοι ταδί τις μέμψεται. Ceterum in libris pro οἰκοίτην, quod Cobetus coniecit, legitur οἰκοῖτ' ἄν, quod etsi potest defendi loco Th. 196 καὶ γὰρ ἂν μαινοίμεθ' ἄν, malim tamen οἰκοίης, et pro μοι ταδί, quod eidem Cobeto debetur, libri habent τοιαδί, nulla ex parte reprehendendum.

R. 97 γόνιμον—ποιητὴν ἂν οὐχ εὕροις,—ὅστις ῥῆμα γενναῖον λάκοι. Hic quoque optativum λάκοι in futuri ind. locum successisse, e proximo versu apparet: ὧδι γόνιμον, ὅστις φθέγξεται.

Ec. 898 (lyr.) οὐδέ τοι στέργειν τις ἐθέλοι μᾶλλον ἢ 'γὼ τὸν φίλον ἄν, ὅπερ ξυνείην. Etiam hic, opinor, anus, si pro ἄν ἐθέλοι dixisset ἐθελήσει, pro ξυνείην quoque dicere debuit ξυνέσομαι. Cete-

rum pro τοι, quod in melioribus libris RN legitur, interpolatus B praebet τις, ante ἐθέλοι autem τις dedit Velsenus pro ἄν codicum; idem post φίλον inseruit ἄν, quod a codicibus abest. Unde et ipse Velsenus et Kuehneus p. 5, cui displicet ἄν in fine totius sententiae scriptum, quibus ego assentior, malunt iterata ἄν particula ita scribere: οὐδέ τις στέργειν ἂν ἐθέλοι μᾶλλον ἢ 'γὼ τὸν φίλον ἄν, ὥπερ ξυνείην.

β) V. 1431 ἔρδοι τις, ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην: hic optativus, ut in sequenti loco, a coniunctivo cum ἄν non differt.

P. 437 (εὐχόμεσθα, ut Brunckius, vel εὐχώμεσθα, ut libri) ὅστις—ξυλλάβοι τῶν σχοινίων, τοῦτον τὸν ἄνδρα μὴ λαβεῖν ποτ' ἀσπίδα. Indicativus autem v. 441 post ὅστις in simili sententia retinetur: ὅστις—βούλεται, μηδέποτε παύσασθ' αὐτόν. Cf. Goodwin. 561.

b) Th. 587 (Εὐριπίδην φασὶν ἄνδρα ἀναπέμψαι,) ἵν', ἅττα βουλεύοισθε καὶ μέλλοιτε δρᾶν, ἐκεῖνος εἴη τῶν λόγων κατάσκοπος.

Pl. 41 ὅτῳ ξυναντήσαιμι,—ἐκέλευε τούτου μὴ μεθίεσθαί μ' ἔτι.

c) Th. 872 τίς τῶνδε—δωμάτων ἔχει κράτος, ὅστις ξένους (ll. ξένος) δέξαιτο; De hoc usu poetico egregie disputavit, multis exemplis allatis, Kruegerus in Gr. II, 54, 3, 8.

d) V. 1458 (lyr.) τὸ—ἀποστῆναι χαλεπὸν φύσεος, ἣν ἔχοι τις ἀεί. Libri dissentiunt: R habet ἔχοι, reliqui ἔχει. Utraque lectio bona est; sed ἔχοι, ut difficilius, praeferendum videtur. Optativus autem in isto loco communi, infinitivo praecedente, pro coni. cum ἄν dictus, explanatur ex Krueg. 54, 14, 4 (vide ibi Soph. O. R. 315), Goodwin. 555.

II. ENUNTIATA GENERALIA.

Praesens opt. in *protasi* quater, *aoristus* ter legitur. In *apodosi* binis locis invenitur *imperfectum*: R. 845. Ec. 642, et *imperfectum cum* ἄν: N. 854. P. 643, ter *participium* praesentis sive potius imperfecti, ex aoristo aut imperfecto nexum: N. 1381. Av. 510. 513.

Optativus praesentis.

N. 1381 (tetr. iamb.) σ' ἐξέθρεψα, αἰσθανόμενος,— ὅ τι νοοίης, qui locus tamen pro obliqua quaestione quoque haberi potest.

Av. 510 (an.) ἐκάθητ' ὄρνις μετέχων, ὅ τι δωροδοκοίη.

513 (an.) εἱστήκει τὸν Λυσικράτη τηρῶν, ὅ τι δωροδοκοίη. Quem locum diu multumque dubitavi utrum huc referam, an obliquam

quaestionem esse statuam: illud enim suadebat et sensus et similitudo v. 510, hoc—anticipatio subiecti Λυσικράτη, in primaria enuntiatione collocati, quod in quaestionibus saepissime fieri inter omnes constat, in relativis autem sententiis nescio an nemo observaverit. Verum cum similis usus duo saltem certa nullique dubitationi obnoxia, uti videtur, exempla invenissem A. 377 αὐτός τ' ἐμαυτὸν ὑπὸ Κλέωνος ἄπαθον ἐπίσταμαι et E. 876 ἐμοῦ δὲ μὴ μνείαν ἔχειν ὅσων πέπονθας (cf. etiam N. 1115), quae pro quaestionibus obliquis haud facile quemquam habiturum puto, iam destiti dubitare hunc quoque locum in relativorum numerum referre.

Ec. 642 (an.) τότε—αὐτοῖς οὐκ ἔμελ' οὐδὲν τῶν ἀλλοτρίων, ὅστις τύπτοι „olim non erat iis cura patrum alienorum, quicunque (= si quis) eos verberabat".

Optativus aoristi.

N. 854 ὅ τι μάθοιμ' ἑκάστοτε, ἐπελανθανόμην ἂν εὐθύς.

P. 643 (tr.) ἡ πόλις,—ἅττα διαβάλοι τις αὐτῇ, ταῦτ' ἂν—ἤσθιεν, ubi codices omnes contra metrum et grammaticam habent ἅττ' ἄν, iidemque praeter R, uti videtur, διαβάλλοι, quod minus aptum est.

R. 845 οὐκ ἐλήρουν, ὅ τι τύχοιμι.

C. Relativae sententiae, in modorum usu primarias sequentes.

Sententiae relativae ducuntur a pronominibus vel adverbiis relativis, quae infra affero.

Sententiae relativae huius generis partim ad certas quasdam personas vel res pertinent, partim totum genus personarum vel rerum, quarum numerus incertus est, definiunt, ut fere condicionalem vim habeant, id quod Latine pronominibus vel adverbiis in — *cunque* exeuntibus, Rossice „всякій кто, вездѣ гдѣ" similibus verti potest. Ea autem enuntiata, quae priore loco posui, possunt aut simpliciter personam vel rem definire, aut adverbialium enuntiatorum munere fungi atque causam, adversationem, consilium, consecutionem indicare.

Quorum ea, quae simpliciter personam vel rem definiunt, quoniam nihil a liberis sententiis differunt, omitto; dicam igitur de iis, quae causam, adversationem, consilium, consecutionem, condicionem

indicant. Moneo tamen, huc me rettulisse ea tantum enuntiata, in quibus notiones illae clare apparerent, quamquam non ignoro, esse alia multa, quae his annumerari possint.

Sententiae relativae causales.

Huius generis enuntiata ad eas personas vel res pertinent, quas definiri proprie nihil opus sit, ut ad pronomina personalia. Pronomen vel adverbium relativum eandem vim habet quam ὅτι vel εἰ causale. In his plerumque—45 locis—usurpatur ὅστις (γε), rarius ὅς (γε)—14 locis, 1 loco—ἵνα.

ὅστις: A. 225. 290. 303. 492. 645. 679. 982.—E. 311. 567.—N. 42. 135. 537. 630. 692. 927. 1044. 1377. 1380.—V. 151. 487. 518. 621. 700. 924. 1167. 1281.—P. 865. 970. 1064.—Th. 544. 706. 883. 888.—R. 487. 740. 1184.—Ec. 1104. 1117. 1132.—Pl. 13. 121. 280. 1125.—Fr. 23 (?). 416.

ὅς: A. 1155. — E. 774. 792.—N. 549.—V. 552.—Av. 541. 572. 1089.—L. 1129. — Th. 5.—R. 25. 29.—Pl. 714. 1046.

ἵνα: Av. 146.

Tempora usurpantur eadem, quae in primariis sententiis, negandi particula est οὐ. Afferam haec tria:

V. 518 (tr.) παῦε δουλείαν λέγων, ὅστις ἄρχω τῶν ἁπάντων „desine servitutem memorare, cum omnibus imperem“: ubi notanda est omissio vocis, ad quam sententia relativa pertineat. V. Kruegeri Gr. 51, 13, 14.

Th. 883 οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ ναυτιᾷς ἔτ', ὦ ξένε, ὅστις—ἐρωτᾷς.

Th. 706 (tr.) δεινὰ δῆθ' (sc. τὰ πράγματ' ἐστίν), ὅστις (Il. ὅτι) γ' ἔχει μου ἁρπάσας τὸ παιδίον, ubi non debebat Reisigius et Blaydesius de ὅστις dubitare, quod non facta esset mentio personae illius, ad quam referretur ὅστις γε: cf. V. 518, infra N. 1226. R. 1058 alia.

Eodem pertinent pauca enuntiata, quae pronomine ὅσος vel οἷος et adverbio ὡς incipiunt, quae proprie exclamationes esse videntur, sed causam praegressae sententiae afferunt, ut ὅσος vim habeat ὅτι τοσοῦτος, οἷος — ὅτι τοιοῦτος, ὡς — ὅτι οὕτως. In talibus Kruegerus (1, 51, 13, 17) audiri iubet verbum cogitandi, ut λογιζόμενος, quod quoniam ad nonnullos locos non satis aptum est, mihi minus probabile videtur. Veluti in N. 1158 (lyr.) οὐδὲν — ἂν με φλαῦρον

ἐργάσαισθε,—οἷος ἐμοὶ τρέφεται — παῖς equidem nescio qua ratione illud λογιζόμενος inseri possit; est autem: „nihil amplius mihi nocere potestis, quia talis mihi educatur filius“. Ceteri loci sunt hi: V. 1451. Pl. 775 et fortasse N. 1208. Th. 461. 651, quamquam in his si quis liberam exclamationem esse statuat, non repugnabo. Denique in Fr. 488, 11 εὐδαίμων, ὅσ' οὐκ ἀνιάσεται „felicem, qui tot sollicitudines iam non sensurus sit“,—illud ὅσ' Kockius cohiecit pro ὅτι,— sine causa, ut mihi videtur.

Sententiae relativae adversativae.

Adversativas sententias eas appello, quibus profertur aliquid contrarium ei, quod primaria sententia enuntiatur, ut pronomen relativum idem valeat atque „cum“ (quod concessivum vel adversativum dicitur) „тогда какъ“. Veluti in Th. 793 (an.) μανίας μαίνεσθ', οὓς χρὴν (ll. χρὴ) σπένδειν καὶ χαίρειν „insanum in modum insanitis, quos (= cum vos) oporteret diis libare et laetari“ „тогда какъ вамъ слѣдовало бы“,—altera actio ab altera discrepat: nam si viros laetari oportebat, nihil est quod insaniant.

In hoc genere enuntiatorum saepius ὅς quam ὅστις legitur, atque ὅς 11 locis: E. 521. 535. 781. N. 1226. V. 684. Th. 793. 842. R. 1058. Ec. 93. 402. Pl. 282.

ὅστις 4 locis: A. 57. E. 876. N. 579. Fr. 221,1.

In his notatu digni sunt duo loci: N. 1226 ἵππον, οὐκ ἀκούετε, ὃν (= cum me) πάντες ὑμεῖς ἴστε μισοῦνθ' ἱππικήν. R. 1058 (an.), τοῦτ' ἐστὶ τὸ χρηστὰ διδάσκειν, ὃν (= cum te) χρὴν (ll. χρὴ) φράζειν ἀνθρωπείως, in quibus, ut in V. 518 et Th. 706, quos supra attuli, pronomen non habet quo referatur.

Ceterum haec enuntiata, ut causalia, quibus simillima sunt, quippe quae causam contrarii facti contineant, ad certam personam vel rem pertinent.

Sententiae relativae finales.

In his enuntiatis omnibus ponitur futurum ind., excepto uno loco Av. 45, ubi eius vice optativus cum ἄν fungitur.

Ceterum huius generis enuntiata solent ad indefinitam personam vel rem pertinere, nisi quod uno loco E. 1385 ἔχε τουτονὶ τὸν ὀκλαδίαν καὶ παῖδ',—ὅσπερ οἴσει τόνδε — persona definita est, sed for-

tasse hoc enuntiatum pro simplici relativo accipiendum est: „puerum, qui feret".

Pronomina et adverbia relativa, quae has sententias ordiuntur, plerumque cum indefinitis composita sunt:

ὅστις 5 locis: E. 758. V. 739. P. 938. Av. 466. R. 1398; ὅπου 1 loco: Av. 45.

ὅς 3 locis: P. 142. Ec. 688. Pl. 487; ὅσπερ 1 loco: E. 1385.

Cuius usus hoc afferam exemplum:

P. 938 ποριῶ βωμόν, ἐφ' ὅτου θύσομεν „aram parabo, in qua sacrificemus".

Sententiae relativae consecutivae.

Harum duo genera sunt: aliud est earum, quibus consecutionem revera esse vel fuisse enuntiatur, ubi vox relativa idem valet atque ὥστε cum indicativo; aliud—earum, in quibus aliquid posse tantum consequi dicitur, ubi vox relativa idem valet atque ὥστε cum infinitivo. In illis praedicatum in praesenti vel praeterito ponitur, in his praedicatum habet futurum ind. vel optativum cum ἄν sive κά (A. 737). In illo genere apud alios scriptores negandi particula solet esse οὐ, in hoc — μή; apud Ar. negatio semel occurrit eaque est μή in sententia prioris generis: R. 1459 (quocum loco conferas Dem. 19, 41; 34, 29. Isocr. 4, 89).

Illius generis certa exempla sunt haec 3: P. 1036. Th. 593. R. 1459 (eodem tamen referri possunt V. 649. Th. 545); alterius haec 3: A. 737. Av. 137. Th. 704 (eodem tamen referri possunt R. 98. Fr. 317,3).

Pronomina et adverbia relativa saepius usurpantur cum indefinitis composita:

ὅστις 5 locis: V. 649. P. 1036. Th. 593. R. 98. Fr. 317,3; ὅπου 1 loco: Av. 137.

ὅς 3 locis: A. 737. Th. 545. R. 1459; οἷος 1 loco: Th. 704.

Afferam tria exempla.

P. 1036 (dim. iamb.) τίς—ἂν οὐκ ἐπαινέσειεν ἄνδρα τοιοῦτον, ὅστις — ἔσωσε τὴν — πολιν;

A. 737 (Meg.) τίς — οὕτως ἄνους, ὃς ὑμέ κα πρίαιτο;

Th. 593 τίς — οὕτως ἀνὴρ ἠλίθιος, ὅστις τιλλόμενος ἠνείχετ' ἄν; ubi tamen ἠνείχετ' ἄν, a Brunckio pro ἠνείχετο substitutum, nescio an non necessarium sit: „quis est, inquit, vir tam stultus, qui (=ut)

sibi pilos evelli passus sit?" Verbis autem „quis est" non de nomine illius hominis interrogat Mnesilochus, ut Engerus putare videtur, sed „quis est" idem fere valet ac „num quis est". Cf. G. Hermanni Opp. v. 8, p. 300.

Eodem referenda est locutio ἔστιν ὅστις etc. Quod Latine dicitur „est qui" similiaque, Graece ab Ar. plerumque compositis ὅστις, ὅποι, ὅπως exprimitur. Dicitur (οὐκ) ἔστιν ὅστις, ἥτις, ὅ τι, ὅτου, ὅτῳ, ἥντινα, ὅποι 12 locis: N. 1349. V. 973. P. 316. Av. 20. 350. 793. L. 22. R. 1217. Ec. 147. 479. Pl. 506. Fr. 569, 9. Sed εἴσ' οἵ, ἔστιν ἅ 3 locis: A. 314. P. 499 (cf. V. 1284 εἰσί τινες, οἳ — ἔλεγον). Av. 1028. Ἔστιν ὅπως supra attuli p. 156.

Quibus similis est locutio ἔχω οἷς in R. 1249 ἔχω, — οἷς αὐτὸν ἀποδείξω κακὸν μελοποιὸν ὄντα, ubi tamen libri habent ἔχω — ὡς, quod recte defendit Kockius.

Item praecedente οὐδείς (μηδείς) Ar., ut alii, constanter dicit ὅστις — 7 locis: E. 1278. N. 995. V. 1537. P. 965. Av. 1120. L. 214. 215.

Sententiae relativae condicionales.

Condicionem in his inesse cum e sententia colligimus, tum quod negandi particula in talibus est μή. Pronomen in his omnibus plerumque est ὅστις vel ὅσοι (rarius ὅς), quo non singulae personae vel res, sed omne earum genus indicatur. Eadem, ut supra vidimus, est vis coniunctivi cum ἄν, atque est ubi nullo sensus discrimine utraque constructio adhiberi possit. Veluti in Ec. 418 ὅσοις — κλίνῃ μή 'στι μηδὲ στρώματα, ἰέναι — εἰς τῶν σκυλοδεψῶν, si reponamus ὅσοις (οἷς) ἂν μὴ ᾖ, sententia non mutabitur. Sed plerumque coniunctivus cum ἄν substitui non potest, ut singulis locis ostendam.

A. 900 (Boeot.) ὅ τι γ' ἐν Ἀθάναις, ἐν Βοιωτοῖσιν δὲ μή (sc. ἄξω), ubi nescio cur Meinekeus, Ravennatis optima scriptura ὅ τι γ' ἔστ' ἐν Ἀ. neglecta, coniectura uti maluerit.

903 (Boeot.) ὅ τι παρ' (potius πὰρ) ἁμῖν μή 'στι (sc. ἄξω). In istis duobus locis, ut in hoc tertio

E. 1288 (tr.) ὅστις — τοιοῦτον ἄνδρα μὴ — βδελύττεται, οὔ ποτε — μεθ' ἡμῶν πίεται, — coniunctivus cum ἄν alium sensum praeberet, quippe qui, in apodosi futuro posito, ipse ad futurum spectaret, id quod ab hoc loco alienum est. Cf. infra P. 441.

V. 264 (tetr. iamb. sync.) δεῖται — τῶν καρπίμων ἄττα μή 'στι πρῷα (ll. πρώια) ὕδωρ γενέσθαι, ubi ἄττ' ἂν μὴ ᾖ dici potuisse e loco simili colligo P. 1133 ἐκκέας τῶν ξύλων ἄττ' ἂν ᾖ δανότατα.

P. 441 (εὐχόμεσθα) ὅστις — πόλεμον — εἶναι βούλεται, μηδέποτε παύσασθ' αὐτὸν — ἐκ τῶν ἀλεκράνων ἀκίδας ἐξαιρούμενον, ubi indicativo potius quam coniunctivo uti maluit Ar. eadem de causa, qua in A. 900. 903. E. 1288. Animadvertendum tamen est, Aristophanem verba βούλομαι, ἐθέλω, χρῄζω, λῶ in relativis sententiis (ut in condicionibus, v. p. 57) alibi quoque, ubi coniunctivum ponere posset, in praesenti ind. ponere maluisse, plerumque praecedente imperativo: A. 198. 950. E. 713. N. 345. 348. 439. 453. 737. 891. V. 723. 761. 1009. P. 206. 1204. L. 98. 133. 492. 1080. 1188. 1209. Th. 212. 751. 899. R. 3. 1468. Ec. 924.

Th. 177 σοφοῦ πρὸς ἀνδρός, ὅστις ἐν βραχεῖ πολλοὺς οἷός τε συντέμνειν λόγους, qui locus totus Euripidis est (v. Bakhuyzen. p. 114). Ceterum hic quoque ὃς ἄν cum coni. dici potuisse, docent loci a Blaydesio collati, ut Thuc. 2, 44 τὸ δ' εὐτυχές, οἳ ἂν — τύχωσιν. Eur. Fr. inc. 28 συμφορὰ δ', ὃς ἂν τύχῃ κακῆς γυναικός. Vide etiam Madvig. Gr. 195 b.

R. 355 (an.) εὐφημεῖν χρὴ κἀξίστασθαι τοῖς ἡμετέροισι χοροῖσιν, ὅστις ἄπειρος τοιῶνδε λόγων ἢ γνώμῃ μὴ καθαρεύει, quod non differt ab ὃς ἂν ᾖ ἢ μὴ καθαρεύῃ.

Ec. 418 supra attuli. 601 (an.) πῶς οὖν, ὅστις μὴ κέκτηται γῆν ἡμῶν, ἀργύριον δέ; ubi coni. cum ἄν fortasse eadem de causa parum idoneum esset, qua in A. 900: nam in apodosi futurum audiendum esse, ex responso apparet: τοῦτ' εἰς τὸ μέσον καταθήσει.

Eodem referendi sunt hi loci: E. 228. 1275 N. 168. 560. 811. 1482. V. 738 (ὅσα). P. 911. Av. 755 (ὅσα). 1067 (οἵ). L. 597. 614. 661. Th. 150. R. 727 (οὕς). 1105 aliique multi.

Quibus disputatis, de *temporum* et *modorum* usu in enuntiatis relativis huius generis pauca dicenda videntur. Temporum et modorum usus fere idem est atque in sententiis primariis. Ponitur enim et indicativus omnium temporum et imperativus (E. 1158. N. 1163. P. 1061. 1153. Av. 54. 80) et optativus proprius (A. 1156. V. 535. L. 147. 341) et optativus cum ἄν potentialis (ut V. 72. L. 1104. R. 906. 1406) et praeteritum cum ἄν (A. 708. V. 558. L. 110. R. 732. 960. 1022. 1373) et infinitivus absolutus, de quo v. Good-

win. 778 (N. 1252. P. 857. Ec. 350) etc. Notandus tamen est usus futuri ind., quod saepe non, ut in liberis enuntiatis, simpliciter futuram actionem designat, sed modali sensu, ut μέλλω cum inf. vel Latina coniugatio periphrastica I, tale aliquid significat, quod fieri possit; exempla vide supra in causalibus et consecutivis relativis sententiis.

Praeterea sunt 4 loci, de quibus fusius exponendum est.

Horum duo habent imperfectum ind., sed non usitato sensu.

V. 732 (lyr.) εἴθ' ὤφελέν μοι κηδεμὼν εἶναί τις, ὅστις τοιαῦτ' ἐνουθέτει.

Th. 835 (tr.) χρῆν — προεδρίαν — αὐτῇ δίδοσθαι Στηνίοισι καὶ Σκίροις ἔν τε ταῖς ἄλλαις — ἑορταῖς, αἷσιν ἡμεῖς ἤγομεν.

Quibus locis imperfecto non praeteritum tempus significari, quivis videt, sed impf. positum est propter assimilationem modorum quae dicitur (Goodwin. 559. Krueg. 54, 10, 6. Kuehner. 399, 6, a). Sed uterque locus nescio quid habet, quod grammaticorum praeceptis repugnet. Docet enim Goodwinus § 562, assimilationem modi nisi in condicionalibus relativis enuntiatis locum habere non posse. Horum autem locorum in altero, qui ex Vespis petitus est, sententia relativa est finalis (nam nisi ὤφελεν praecederet, in sententia relativa futurum ind. esset, ut βούλομαι ἔχειν κηδεμόνα τινά, ὅστις νουθετήσει); imperfecti igitur hic eadem ratio est, quae in similibus genuinis finalibus cum ἵνα. Altero loco, qui est ex Thesmophoriazusis, assimilatio magis etiam mira est: nam, ut Goodwinus ibidem docet, si sententia relativa ad rem definitam refertur, nulla assimilatio potest esse, sed indicativus ponitur aliave constructio, quae sensu postulatur. Hic igitur, cum illud enuntiatum ipsum nihil condicionale habeat, dicendum erat ἄγομεν. Quod qui sensit Blaydesius reponendum censet ἃς ἄγομεν ἡμεῖς ἀεί aut ἃς ἄγομεν ἑκάστοτε. Nec tamen sollicitanda est vulgata scriptura, et assimilatio modi non magis extra legitimos fines propagata est quam optativus iterativus in Aeschinis loco II, 31, a Frohbergero ad Lys. XIX, 35 allato.

Reliqui duo loci contra usum Atticorum coniunctivum pro futuro habent in sententiis relativis finalibus.

E. 1320 (an.) τίν' ἔχων φήμην ἀγαθὴν ἥκεις, ἐφ' ὅτῳ κνισῶμεν ἀγυιάς;

P. 522 πόθεν ἂν λάβοιμι ῥῆμα μυριάμφορον, ὅτῳ προσείπω σε;

Hi locī illud commune habent, quod uterque est in quaestione et praedicatum habet verbum primae personae. Inde conicio, quamquam pro certa rem venditare non audeo, coniunctivi causam esse hanc. Fac, relativum enuntiatum finale, ut P. 938 ποριῶ βωμόν, ἐφ' ὅτου θύσομεν, in primarium mutatum esse; hoc procul dubio ita sonabit: ποριῶ βωμόν· θύσομεν ἐπ' αὐτοῦ. Idem nostris locis faciamus; habebimus altero: τίν' — ἥκεις; ἐπὶ τῷ κνισῶμεν ἀγυιάς; altero: πόθεν — μυριάμφορον; τῷ (sc. ῥήματι) προσείπω σε; Videmus igitur, alibi poni futurum, quod in libera sententia ponendum esset; hic eadem de causa poni coniunctivum (dubitativum). Similiter dicitur ἔχω ὅ τι εἴπω (Goodwin. 572) propter memoriam quandam coniunctivi in τί εἴπω; atque etiam ita explicatur coniunctivus in οὐκ ἔχω σόφισμ', ὅτῳ ἀπαλλαγῶ Aesch. Prom. 470, quem locum Goodwinus (§ 677) analogia locutionis οὐκ ἔχω τί λέγω falso mihi videtur quaestionibus indirectis annumerare: inter quae eadem ratio intercedit, quae est Latine inter „non habeo quid" et „non habeo quod". Sed videamus, quae sit interpretum de utroque loco sententia. De Equitum versu Kockius aliique, tacent, idque propterea, credo, quod κνισῶμεν pro indicativo accipiunt. At indicativo praes. hic nullum esse locum, sensus docet: nondum enim replent plateas nidore, quoniam quae sit illa bona fama nesciunt, sed audita replere paratos se esse dicunt: „quamnam ferens bonam famam venisti, ob quam plateas nidore repleamus?" Est igitur hoc enuntiatum relativum finale, dicendumque erat κνισήσομεν. In Pacis versu Blaydesius, coniunctivum aegre ferens, quoniam, praecedente optativo cum ἄν, in sententia relativa et ipsa propter assimilationem modi optativus ponendus erat (v. p. 167), — pro coniunctivo, quem ex v. 520 illatum esse suspicatur, aut ὅτῳ προσείποιμ' (ut σέ audiatur) aut ὅ τι προσείποιμ' legendum proponit. Sed Ar. fortasse propterea illa assimilatione non usus est, quod ipse optativus cum ἄν hic, ut saepe, condicionali vi attenuata, idem fere valet ac coniunctivus dubitativus (v. Goodwin. § 292,2. Krueg. 54, 3, 9).

Quae si ita sunt, falso Blaydesius in R. 1055 τοῖς — παιδαρίοισιν ἔστι διδάσκαλος, ὅστις φράζει pro φράζει coniunctivum φράζῃ substitui iubet: nam Ar., si idem quod Blaydesius, voluisset, φράσει dixisset; sed id, quod scripsit, ita verte: „pueris est magister, qui docet", non: „qui doceat".

Numeri pronominum et adverbiorum relativorum.

I. *Pronomina.*		II. *Adverbia.*	
ὅς.....	630.	οὗ	8.
ὅς γε.....	10.	οὗπερ.....	4.
ὅσπερ.....	86.	οἷ.....	6.
ὅσπερ γε ...	2.	οἷπερ	1.
ὅσος.....	57.	ὅθεν	6.
ὅσος γε	3.	ὅθενπερ.....	5.
ὅσοσπερ ...	8.	ᾗ	5.
οἷος	26.	ᾗπερ	1.
οἱόσπερ	8.	ἵνα (ubi).....	19.
ἡλίκος	3.	ἔνθα (ubi)....	2.
ὅστις	160.	ἔνθεν (unde)..	1.
ὅστις γε....	8.	ὅπου	7.
ὅ τι περ ...	5.	ὅπουπερ	1.
ὁπόσος	12.	ὅποι.....	5.
ὁποῖος	1.	ὅπᾳ (Dor.) ...	2.
	1019.		72.

De pronominum et adverbiorum relativorum *usu* haec annotari possunt.

1. Pronomina et adverbia, cum particula περ composita, significatione prope accedunt ad simplicia; sed tum potissimum usurpantur, si in praedicato sententiae relativae aut idem vel simile verbum, quod in primaria, repetitur (a), aut etiam omissum ex ea auditur (b), ut E. 213 ταὔθ', ἅπερ ποιεῖς, ποιεῖ. P. 979 μὴ ποίει,—ἅπερ αἱ μοιχευόμεναι δρῶσι γυναῖκες. V. 621 ἀκούω ταὔθ', ἅπερ ὁ Ζεύς. Quod his locis inveni: a) ὅσπερ 14: A. 441. 560. E. 213. 333. V. 767. 947. P. 676. 979. Av. 441. L. 834. R. 13. 136. 591. 744; οὗπερ 2: P. 649. Pl. 1192; ᾗπερ 1: R. 301.— b) ὅσπερ 22: E. 346. 864. 888. N. 296. 418. 423. 1015. 1198. V. 389. 404. 621. 797. P. 55. 363. 1042. 1285. Th. 398. 947. R. 320. 937. 1468. Pl. 550; οὗπερ 2: V. 1108. R. 199; ὅσοσπερ 3: V. 807. Av. 119. Ec. 174; οἱόσπερ 4: N. 1003. 1361. P. 446. Th. 983; ὅ τι περ 1: N. 476.

2. Pronomina et adverbia, cum indefinitis composita: ὅστις, ὅπου, ὅποι, ὅπᾳ, triplici ratione usurpantur: a) ut Latina quicunque, quisquis, ubicunque etc., omne genus rerum indicant, quo pertinet condicionalis eorum usus et locutio ὅστις ἐστί „quisquis (is) est", quam 12 locis legi: A. 1050. N. 113. 883. V. 1406. P. 1058. Av. 1576. L. 835. Th. 134. R. 39 (ubi notanda est omissio verbi εἶναι). 427. Ec. 362. 1067. b) Est ubi non genus quidem, at incertam tamen rem significent; quod cum alibi invenitur, tum si sententia relativa pertinet ad pronomen indefinitum τὶς aut interrogativum τίς, ποῖος, in primaria collocatum, ut E. 1301 φασὶν — μίαν λέξαι τιν' αὐτῶν, ἥτις ἦν γεραιτέρα. 1306. V. 347. P. 736. Av. 419. R. 168. Ec. 777. — Th. 390 ποῦ δ' οὐχὶ διαβέβληχ', ὅπουπερ — εἰσὶν θεαταί; ubi Velsenus sine causa τί pro ποῦ scripsit (cf. G. Hermanni Opp. v. 8, p. 298). P. 1257. R. 936. Pl. 855. 980. Eodem referendus est usus eorum finalis et consecutivus et locutio (οὐκ, οὐδεὶς) ἔστιν ὅστις. c) Cum ad rem certam definitamque pertinent (plerumque ad pronomen personale primae vel secundae personae), aliquam eius qualitatem (cum laude aut vituperatione) indicant, quae aliquid confert ad illud, quod regenti sententia affirmatur (cf. Classen. ad Thuc. 3, 64), ut E. 316. 353. 861. Av. 467. L. 699. Th. 1058. (Fr. 695). quo referenda est etiam eorum vis causalis et adversativa. Semel tantum idque in Laconum choro L. 1249 τὰν τεὰν μῶαν, ἅτις οἶδεν ἁμέ pronomen personam certam eodem modo, quo simplex ὅς, definit.

3. Pronomina ὅσος, ὁσοσπερ, ὁπόσος in plurali usurpantur (64 locis), nisi quod ὅσον 9 et ὅσονπερ 2 locis neutro genere sine substantivo absolute dictum est, et ὅσος 2 locis in mascul. sing. nomini collectivo ὄχλος additum est.

4. Ὁπόσοι rarissime in trimetro dicitur: nam ex 12 locis, ubi occurrit, *quinque* in lyricis partibus sunt: P. 587. 600. 1029. Th. 356. R. 710, *quattuor* in anapaestis: V. 400. Av. 468. L. 582. Ec. 598. *Tres* igitur sunt in trimetris: E. 1366. Th. 899. Ec. 924, quorum tamen secundus tragici coloris, ut proximi versus, potest esse.

5. Ὁποῖος semel legitur: Av. 144 ἀτὰρ ἔστι γ' ὁποίαν λέγετον εὐδαίμων πόλις, ubi tamen cum Blaydesio facile conicere possis ἀτὰρ ἔστι γ' οἵαν, quo etiam anapaestus bipartitus tollitur.

6. Adverbia ἔνθα et ἔνθεν nisi in lyricis partibus non inveniuntur: Av. 1485. Th. 1046. Av. 748.

7. Denique moneo, in illam tabulam non recepisse me aliquot locos, in quibus forsitan quispiam relativam sententiam esse statuat: hoc propterea feci, quod enuntiata illa, quamquam relativis simplicibus ὅς, ὅσος, οἷος etc. incipiunt, pro quaestionibus obliquis habeo, ut A. 442 δεῖ — τοὺς — θεατὰς εἰδέναι μ' ὃς εἰμ' ἐγώ. 461. 481 etc.; qua de re, si Deo placebit, alias agam.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P.						
15	in	tabula	pro	50	scribe	49
„	„	„	„	414	„	413
16	„	„	„	152 (in aor.).	„	151
„	„	„	„	194 „	„	193
„	„	„	„	307 (in summa)	„	306
„	„	„	„	403 „	„	402
„	in	nota	„	414 et 403	„	413 et 402
21	v.	25	„	152 et 146	„	151 et 145
33	„	2	„	79	„	78
„	„	7	post	L. 39	adde	140
„	„	9			dele	799 et 800
57	„	18	post	N. 1274	adde	Th. 1160
„	„	„	ante	870	„	331
93	„	6	post	N. 454	„	1274

INDEX LOCORUM,

de quibus fusius brevius disputatum est.

P.

Acharn.

176 140
255 159
317 23
318 .....52. 160
957 34

Equit.

39 24
73 34
134 147
186 93
201 15
210 15
271—2 24
272 35
609 108
698—700 16
805 18
824 131
872.....129
1056.....127
1107.....159
1108.....160
1131 sq.....118
1311 25
1320 175
1350 sq..... 71

P.

Nub.

413 sq.....119
489 125
1121 36
1153 55
1278 106
1339 94
1402 156
1445..... 36
1458.....165

Vesp.

160..... 27
442..... 95
486.....136
496.. 51
565.....139
614..... 54
649..... 49
705.....134
708..... 82
732.....175
816..... 65
819..... 69
842..... 26
1223.....116
1264.....109
1458.....168

P.

Pac.

24.....165
32.....146
85.....144
107..... 27
215..... 75
306—7.....156
317..... 37
364..... 37
450..... 17
522.....175
712..... 65
931.....126
1076.....140
1112.....140
1267.....159
1292..... 70

Av.

76.....130
180..... 62
190.....128
505.....146
513.....168
631..... 27
928.....161
977..... 28
987.....108

P.
1086..... 37
1226.....108
1355.....134
1359..... 96
1571.....113
1681..... 97

Lys.

118..... 62
140..... 38
149..... ... 67
166..... 29
173.....136
307..... 66
347..... 29
572..... 84
580—1..... 18
596.....165
704..... 43
740..... 39
901—2..... 29
1099..... 86
1183.....138

Thesm.

90.....161
271..... 30
536..... . 98
565..... 40

P.
593.....172
668..... 41
832..... 76
835.....175
836..... 76
842..... 76
916.....159
926..... 30
1166—7..... 42
1167..... 37

Ran.

77..... 98
169..... 43
265..... 56
322.....137
969..... 54
1135..... 37
1163.....164
1196.....113
1229..... 37
1281.....142
1449.....101

Eccl.

138.....165
141..... 83
209..... 37

P.
239..... 37
254..... 30
273.....129
589.....156
629.....143
633.....128
668—9..... 31
735..... 87
752.....143
1105..... 44
1156..... 52

Plut.

119.....120
136..... 63
216..... 56
329..... 67
447.....108
482..... 32
859..... 47
878.....110
1010..... 76
1064.....111
1139.....146

Fragm.

100,2.....101

30.-04 / G 72

162836/1

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.

22 598 817